




Index Fossilium
quae collegit, et in Classes
ac Ordines disposuit
Ignatius SRI. Eques
a Born
Dominus in Altsedlitzsch
Inchau, Tissa etc:
S. C. R. Majest. in re
metallica et monetaria
a Consiliis
Societatis Regiae Holmensis
Socius.



Praga apud Wolfgangum Gerle 1772.

I Meinhardt Vol

J. Baltzer sc. Prag.

**LITHOPHYLACIUM
BORNIANUM.**

SOCIETATI
SCIENTIARUM
REGIÆ HOLMENSIS
VIRIS

*ILLUSTRISSIMIS,
AMPLISSIMIS, DOCTISSIMIS,*

INDICEM

HUNC FOSSILIUM

MUSEI SUI.

D. D. D.

AUTHOR.

SOCIETATIS

MUSEI HISTORICI

BEROLINENSIS

ANNO

MDCCCXXXIII

APRILIS

INDICEM

MUSEI HISTORICI

BEROLINENSIS

ANNO

MDCCCXXXIII

SOCIETAS REGIA PRÆSES

DIGNISSIME!

VIRI AMPLISSIMI!



*Cum me primum SOCIETA-
TIS VESTRÆ illustrissi-
mæ syllabo adscripsistis, non levi id
mibi incitamento fuit, ut indicem
hunc fossilium Lithophylacii mei
ederem, quo vel aliqua ex parte*

)(3

VESTRO

VESTRO *de studiis meis, conati-*
busque rem minerologicam adju-
vandi, judicio facerem satis, do-
nec aut alia observata metallur-
gica, aut quem de minerologia
veterum meditor librum, cum or-
be erudito communicavero. Dein,
ubi fossilia hæc in classes digere-
re, denominare & definire ad-
grediebar,

grediebar, non nisi Sociorum illustrium ACADEMIÆ VESTRÆ, Cl. Cronstedti, Celeber. Linnæi, expertissimique Wallerii, vestigiis insistere potui, ne a recto tramite longius aberrarem. VOBIS igitur aut incitantibus, aut ducibus omne hoc, quale quale est, opusculum debetur, quod in, tenue
X 4 *licet,*

*licet, grati mei VOBISQUE devoti
animi monumentum, nomini VE-
STRO inscribo. Vos, ut id ea
qua soletis humanitate excipiatis,
precatur*

SOCIETATIS VESTRÆ

studiosissimus

IGNATIUS S. R. I. Eo. A BORN.



AD

LECTOREM MINEROLOGUM!



Pleni numerisque omnibus absoluti systematis mineralis constituendi spes tum demum nobis adfulget, quum quidquid minerarum e visceribus terræ adhuc erutum est, in conspectu positum, ac diligenti peritorum examine, tanquam obrussa, exploratum fuerit. Eum in finem procul dubio locupletissima illa, ac regiis sumtibus extructa musea mineralia, plurimæque privatorum hujus generis collectiones tendunt, quæ in quavis fere provincia, advenarum oculis tanta cum pompa exhibentur. Verum quam longe hæc, ut plurimum, a



destinatione sua absunt ! Plerique horum qui thesauris istis præfunt, nihil fere præter nomen mineræ quam ostentant, & non raro nec istud etiam, harum rerum curiosis explicare norunt : nec tam stupenda illa miracula, varietatesque naturæ, quibus minerologiæ studium maxime adjuvatur, quam pretiosam gemmarum suppellectilem, aut ingentes auro argentoque fœtas massas, spectandas nobis objiciunt, quæ utut pretio suo non carent, tamen nihil propemodum, quam eorum qui eas compararunt sumtus, notatu dignum demonstrant. Ejus igitur generis apparatus, magnifica hæc metallorum & rerum, quæ terra effodiuntur, armaria, tantum fere studiosis Minerologiæ, qui integrum aliquod scientiæ hujus systema moliuntur, præbent adjumenti, quasi nuspiam existerent. Quod si e
con-



contrario, publica hæc Lithophylacia & collectiones singulares, quæ non raro in privatorum manibus sunt, diligentius enarratæ publicum in usum proferrentur, profecto paucis post annis amplifieret minerologiæ & totius historiæ metallicæ accessio.

Equidem tantum mihi non fumo, ut quam hoc in genere haud exiguis fumibus meum in usum comparavi, quamque heic Pragæ adservo, minerologicam suppellectilem, cum longe præstantioribus, opulentioribusque museis conferendam existimem. At vero mirum, quo flagro, desiderium rem minerologicam omni, qua possum ratione, juvandi, promovendique; studium certiores faciendi amicos meos minerophilos de statu atque complexu collectionis meæ, unde
cogno-



cognoscant, quæ mihi ad complementum
desint, quæque mutuis nostris commu-
tationibus mihi mittenda, si velint, ha-
beant; cupiditas demum notiores fa-
ciendi species quasdam minerarum, mi-
nus adhuc, ut opinor, cognitæ, singula-
rumque patriam ac velut incunabula,
quæ vernaculis cujusque provinciæ no-
minibus fere semper designavi, indican-
di -- hæc sunt, quæ me ad publicandum
hunc Indicem fossilium permoverunt.
Quivis harum rerum peritus animad-
vertet, me Cronstedti systema præcipue
adoptasse. In mineris denominandis
magnum potissime Linnæum secutus
sum. Ubi horum vestigia premere non
licuit, quod quidem perraro accidit, Wal-
lerio, de Justi, Poda, Scopoli, & erudi-
tissimo Peithnero, institutore quondam
meo, (cujus doctrinæ atque incitationi,
quid-




quidquid hætenus in hoc studiorum genere profeci, proficiamve in posterum, lubens in acceptis refero) ducibus usus sum. In plerisque fossilibus matrices, queis immixti erant, aut inhærebant, adnotavi; probe gnarus, a genuina matricum metalliferarum cognitione multum lucis minerologiæ accedere posse. Eadem cura, eademque de causa, petras, seu saxa, e quibus fœti metallis montes constant, addidi, quotquot vel ipse oculis usurpavi meis, vel amicorum, quibuscum litterarum mihi commercium est, indicio didici.

Petrefactorum vero, scoriarumque e montibus ignivomis seu vulcanis ejectarum seriem, certo consilio ad primum supplementum, quod anno vertente edere meditor, reservandam duxi. Ita enim
cum



cum animo meo constitui, ut singulis annis (quoad Deus vitam concesserit) novas, musei mei minerologici accessiones, quas interea temporis facere licuerit, cum harum rerum amatoribus communicem.



CLASSIS



CLASSIS PRIMA

TERRÆ ET LAPIDES.



ORDO PRIMUS

CALCARI.

Terra calcaria pura pulverulenta alba, *Bleke Svecorum, ad Libochoviz Bohemiæ.*

- - - *ad Falkenstein Tyrolis.*

- - - *ad Sopronium Hungariæ.*

- - - *ad Namiest Moraviæ.*

- - - *e Grippenstein in montibus ad Hallstadt Aust. super.*

- - - *ad Ratisbonam a Cl. Schæfero descripta.*

- - - *e ditione Veneta.*

- - - *e Bavaria.*

- - - *ad Dresdam Saxonix.*

- - - *ad Torgelow Pomeraniæ.*

Terra calcaria solida friabilis alba, *Creta, ex Uri Helvetiæ.*

LAPIS CALCARIUS seu Terra calcaria indurata; particulis impalpabilibus nigrescentibus, *Marmor Stratarium Lin. * venas Hydrargyri sequitur Idriæ in Carniola.*

- - *montes cupriferos minoris Cornudilfæ, Oravizæ in Bannatu Temesiensi constituit,*

- - *nigrescens sphaericus, cujus globi majores, intus
A crystallis*

* Systema Naturæ, editio Holmensis de anno 1768.

- crystallis calcariis polyedris & quarzosis referti, in strato argillaceo ad Bornholm Daniæ reperiuntur.*
- - cinereus, pars pendens Cuprifodinarum in Coscheviz, ad Oravizam Bannatus Temesiensis.
 - - - stratum ad Eisleben Saxonie constituit.
 - - niger, deficientis Salis in salinis ad Gmunden Aust. sup. index.
 - - stratum ad Eisleben Sax.
 - - rubro fuscus, Cronstedt §. 7. n. 4. * Oelandiæ in Svecia.
 - - - e Kinnakulle Sveciæ.

Terra calcaria indurata, particulis impalpabilibus, *Marmor nobile Lin.*, alba, opaca. *Marmor album*, ad *Slivenex Bob.*

*Marmor carneum unicolor diaphanum**.* *Italiæ.*

- - mellei coloris, diaphanum, zonis albis opacis distinctum, ex *Etvainigen Ducatus Wirtembergici.*
- - flavum unicolor, *Blankenburgense.*
- - nigrum, *Italiæ.*
- - cinereum, dendriticum, ad *Sondershausen Thüringiæ.*
- - luteum, maculis nigris. *Italiæ.*
- - cinereum, maculis carneis & rufis. *Italiæ.*
- - subviride, maculis albis & nigris. *Italiæ.*
- - luteo virescens, picturis fuscis ornatum, *Marmor florentinum.*
- - flavescent, zonis nigro fuscis variegatum, ad *Sontagberg Austr. infer.*
- - flavum, zonis viridibus & rubris. *Italiæ.*
- - rubrum, maculis albis carneis & viridibus. *Blankenburgense.*
- - rubrum, maculis albis. *Aust. inf.*
- - nigrescens, testis concharum inclusis, ad *Vaisingen in Ducatu Wirtemberg.*

- - nigrum

* Editio germanica Haffniensis de anno 1760.

** Marmoris varietates omnes e Lithophylacio meo adferre inutile foret, & radiosum.

- - nigrum, maculis albis, *Italiae*.
- - variegatum stratosum, *Marmor polizonias Wallerii spec. 45. n. 8. Danemoræ in Svecia.*

Lapis calcarius flavescens particulis granulatis, corruptis conchyliorum testis intime mixtus. *Montes fere omnes, Claudiopolim Transilvaniae inter & Nagybaniam Hung. super. constituit.*

- - cinereus, pars pendens Cuprifodinarum ad Saska in Bannatu Temesiensi.
- - - particulis granulatis majoribus flavescentibus, *Saltslag, Cronstedt §. 8. e Salberg Sveciæ.*
- - albus, particulis granulatis minimis, *e Boitza Transilvaniae, deficientis venæ indicium.*

Lapis calcarius albus particulis spatosis, *Marmor micans Lin. pars pendens Cupri fodinae Simonis & Judæ, Dognaskæ in Bannatu Temesiensi.*

- - albus, pars pendens Ferri fodinae in Orpes ad Presniz Bohemiæ.
- - - venas cupriferas ad Cornudilfæ prope Oravizam in Bannatu Temesiensi comitatur.
- - albus, *e Kalchgrün ad Wildenfels Saxoniæ.*
- - - sequitur venas horizontales in Hanrukner Gebirge ad Ebreufriedrichsdorf Saxoniæ, insidet saxo e Quarzo & Mica composito.
- - - stratum horizontale ad Derbyshire Angliæ, the second Limestone of Derbyshire, cum inclusis petrefactis. *
- - albus & viridis, particulis squamosis minoribus, *e Tyroli.*
- - particulis squamosis seu spatosis majoribus, albis & viridibus, *e Kohlwarden Sveciæ.*
- - rubro flavus. *Finnlandiæ.*
- - cinereus, particulis squamosis minimis. *Pars pendens venarum Cupri, Moldavæ in Bannatu Temes.*
- - - ad Hallstadt Aust. super.

A 2

- - stratum

* Quo observatio Cronstedti ad §. 9. debilitatur.

- - - *stratum horizontale ad Rotenberg prope Salfeld Thüring.*
- - *cærulescens, Gotblandiæ in Suecia.*
- Lapis calcarius cinereus fibrosus, fibris parallelis, *Idriæ in Carn.*

SPATUM CALCARIUM rhomboidale album, diaphanum, *ad Windischleiten Schemnitzii Hung. inf.*

- - - *sequitur mineram Ferri hæmatiticam, Suchbodolnæ ad Roniz Hung. infer.*
- - - *ex Argenti fodina die Einigkeit ad Joachimsthal Boh.*
- - *in Argilla nigra indurata, e fodina die Einigkeit in Joachimsthal Boh.*
- - *album diaphanum reniforme, striis parallelis albis opacis, copiosissime in vena argillacea ad decem orgyiarum profunditatem Boitzæ in Transilv. reperitur.*
- - - *e Catharinæ Neüfang ad Andreasberg Hercyniæ.*
- - *album, e Dimplmine prope Matlok ad Bath Angliæ.*

Spatum calcarium pellucidum album, objecta duplicans. *Islandiæ.*

- - *objecta duplicans, in Argilla cinerea argentifera repertum Cronstedt §. 10. n. 1. e Ferrifodina Bratsfors Wermelandiæ.*

Spatum calcarium pulverulentum particulis opacis cohærentibus, coloris lutescentis, *ex Hof. prope Schemnitz Hung. infer.*

- - *granulatum amorphum opacum album, particulis granulatis minimis, communis metallorum matrix ad Pacherstolln & Biberstolln Schemnitzii Hung. inf.*
- - *roseum superficie fugaci, e Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*
- - *cinereum ibidem.*
- - *lutescens ibidem.*
- - *carneum ibidem.*
- - *ferrugineum ibidem.*

Spatum calcarium violaceum minus pellucidum, particulis non distinguibilibus, *Spatum compactum* Lin., e *Pacherstolln Schemnizii Hung. infer.*

Spatum rhomboidale opacum album, *Spatum tessulare Wallerii spec. 56. e Pacherstolln Schemnizii Hung. inf.*

- - margaritaceum, e *cuniculo veteri Antonii ad Eisenbach prope Schemniz Hung. inf.*

- - flavescens, rhombis inanibus, e *fodina Theresiae ibid.*

- - rubrum, e *Pacherstolln ibid.*

- - flavescens, ad *Kapnik Transilvaniae.*

- - flavum, e *fodina Ferdinandi ibid.*

- - fuscum opacum, e *Pacherstolln Schemnizii ibid.*

- - nigrescens, e *fodina Theresiae Schemnizii Hung. infer.*

- - nigrum, ad *Windischleiten ibid.*

Spatum calcarium crystallisatum, album opacum, crystallis trigonis, Planis æqualibus, e *cuniculo veteri Antonii, Schemnizii Hungar. infer. Vide Tab. I. Fig. 1.*

- - crystallis trigonis majoribus, diaphanis, e *montibus calcariis Vincentinis. Italiae.*

- - opacum subfuscum, ad *Boinik Hung. inf.*

- - crystallis solitariis trigonis superficie Spato fibroso capillari obducta, e *fodina Christinae Schemnizii Hung. infer.*

- - album opacum, pyramidibus elongatis inanibus, superficie imbricata, e *cuniculo Francisci, Kapnikii Transilv.*

Spatum crystallisatum pyramidatum trigonum, basi hexaedra, e *Kapnik Transilv. Vide Tab. I. Fig. 2.*

Spatum calcarium crystallisatum, crystallis albis diaphanis trigonis, utrinque pyramidatis, prismate nullo intermedio, ad *Falkenstein Tyrolis, Tab. I. Fig. 4.*

- - album, crystallis trigonis elongatis, e *fodina Theresiae Schemnizii Hung. inf.*

- - album, cortice flavescente nitente scabro obductum

ductum, e cuniculo veteri Antonii prope Schemnitz Hung. inf.

- - album opacum, crystallis trigonis inanibus, superficie scabra, e fodina Christinae. ibid.
- - flavescens opacum crystallis trigonis inanibus, e fodina Theresiae Schemnitzii Hung. inf.
- - cinerum, crystallis trigonis utrinque pyramidatis prismate nullo, pyramide inferiori subulata, Lin. Amœn. acad. Tom. I. pag. 488. Fig. 9. e Ferri fodina ad Boinik Hung. inf.
- - - ad Hallam in Duc. Magdeburgico ubi Psevdocolithus dicitur.

Spatum calcarium crystallifatum album pellucidum, crystallis tetraedris columnaribus truncatis, erectis & aggregatis, Planis omnibus æqualibus. Idrie in Carn. Vide Tab. I. Fig. 5.

- - columnis tetraedris, e Joachimsthal Boh.
- - rubescens opacum, crystallis truncatis, superficie rugosa, Entrochis simillimum, e fodina Christinae Schemnitzii Hung. inf.

Spatum calcarium crystallifatum pellucidum album, columna tetraedra truncata, lateribus alternis angustioribus, e Ferri fodina in Arztberg Styriae. Vide Tab. I. Fig. 6.

- - virescens, e Ferri fodina ad Boinik Hung. inf.

Spatum calcarium crystallifatum album pellucidum, columna tetraedra, lateribus alternis angustioribus, apice diedro, e Pacherstolln Schemnitzii ibid. Vide Tab. I. Fig. 7.

Spatum calcarium crystallifatum pellucidum album, crystallis pyramidatis pentagonis aggregatis, e Clausthal Hercyniae. Vide Tab. I. Fig. 10.

Spatum calcarium crystallifatum album pellucidum, crystallis utrinque pyramidatis, prismate nullo intermedio, pyramide utraque pentagona, Planis inæqualibus, ad Falkenstein Tyrolis. Vide Tab. I. Fig. 11.

- - album opacum, e fodina Theresiae Schemnitzii Hung. infer.
- - album

- - album opacum, inane, *ibid.*
- - flavorubrum opacum inane, e cuniculo veteri Antonii ad Schemnitz. *ibid.*

Spatum calcarium crySTALLISATUM pellucidum album planum suborbiculare, orbiculis hexaedris in apicem triquetrum desinentibus, ad Pacherstolln Schemnitzii & Belobanyam* Hung. inf. Vide Tab. I. Fig. 14.**

- - - ad Joachimsthal Bob.

- - - ad Andreasberg Hercyniæ.

Spatum calcarium crySTALLISATUM album opacum, crySTALLIS planis suborbicularibus hexaedris, ex Joachimsthal Bob. Vide Lin. Amœnit. acad. Tom. I. de crystal. Fig. 18.

- - flavescens, superficie fugaci, e cuniculo Susannæ in Hodritzsch, prope Schemnitz Hung. inf.

Spatum calcarium crySTALLISATUM pellucidum album, crySTALLIS hexagonis truncatis, lateribus æqualibus, ad Clausthal Hercyniæ. Vide Amœn. acad. Lin. Tom. I. de crystal. Fig. 16.

- - hexagonum truncatum opacum, e Strontian in Ardnamurchan Scotiæ.

- - crySTALLIS hexagonis truncatis, cortice opaco, nucleo diaphano, e fodina Theresiæ Schemnitzii Hung. infer.

Spatum calcarium crySTALLISATUM album pellucidum, crySTALLIS aggregatis, prismate hexaedro, Planis tribus angustioribus, tribus latioribus, apice triquetro, e fodina Philippi Jacobi Saskæ in Bann. Temes. Vide Tab. II. Fig. I.

- - album dodecaedrum, Planis pentagonis æqualibus, e Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.

Spatum calcarium crySTALLISATUM pellucidum album,
A 4 crySTALLIS

* Dülln.

** Variant orbiculi diametro: ab unius lineæ ad pollicis usque magnitudinem, colore: jam hyalino, jam flavescente, situ: vel obliquo, vel ita disposito, ut perpendiculariter sibi insideant.

crystallis dodecaedris, Planis pentagonis, e fodina Philippi & Jacobi Saskæ in Bannatu Temes. Vide Lin. Amœnit. acad. Tom. I. de crystall. Fig. 25.

- - rubrum, pellucidum, Argento rubro, ut videtur, tinctum, ex Andreasberg Hercyniæ.
- - album dodecaedrum, columna tetraedra, utrinque pyramidata, e Strontian in Arndnamurchan Scotiæ. Vide Lin. Syst. Nat. Tab. I. Fig. 4.

Spatum calcarium figuratum lamellosum, lamellis albis crassis & distinctis in peripheria, sed in centro concretis petalorum instar; Waller. spec. 61. n. 12. e Pacherstolln Schemnitzii.

- - - ad Belobanyam Hung. inf.
- - lamellis coloris mellei, e fodina Theresiæ Schemnitzii Hung. inf.
- - - ex Joachimsthal Bob.
- - lamellis coloris rosei, e Kapnik Transilv.
- - lamellis flavescentibus mæandriiformibus, e fodina Theresiæ Schemnitzii Hung. inf.
- - lamellis carneis mæandriiformibus, e Felsobanya Hung. inf.

Spatum calcarium figuratum conicum opacum album, conis aggregatis, e fodina Theresiæ Schemnitzii Hung. inf.

- - album conicum opacum, conis elongatis, *ibid.*
- - album conis minimis, e Windischleiten ad Schemnitz Hung. inf.
- - flavescens, e Pacherstolln ad Schemnitz Hung. infer.
- - flavescens, cilindris longioribus vermicularibus, e fodina Theresiæ Schemnitzii Hung. inf.
- - - cilindris crassioribus parallelis, horizontaliter sibi incumbentibus, ad Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer.
- - cilindris fuscis tenuissimis elongatis inanibus, e Pacherstolln Schemnitzii *ibid.*

- - cilindris

- - cylindris fuscis crassioribus superficie rugosa, e *Pacherstolln Schemnizii* *ibid.*
- - flavescentibus, cylindris tenuissimis longioribus in conum defluentibus, e *Siglisberg Schemnizii Hung. inf.* Vide Tab. III. Fig. I.
- - cylindris albis minimis in conum aggregatis, quod Conizæ florem perfectissime refert, e *Pacherstolln Schemnizii* *ibid.*
- - cylindris albis pellucidis. *ibid.*
- - cylindris albis minimis, non nisi oculo armato discernendis. *ibid.*
- - cylindris flavescentibus pellucidis. *ibid.*
- - cylindris fuscis. *ibid.*

Spatum calcarium figuratum subglobosum album, opacum, e *Pacherstolln Schemnizii Hung. inf.*

- - globis albis solitariis, superficie nitente. *ibid.*
- - globis flavescentibus. *ibid.*
- - globis coloris sinopici. *ibid.*
- - globis niveis, cortice fusco testis. *ibid.*
- - globis solitariis flavescentibus, superficie cylindris spatosis distinctis ad centrum tendentibus echinata, e *fodina Christinæ* *ibid.* Vide Tab. III. Fig. 2.
- - globis albis inanibus, e *fodina Christinæ Schemnizii Hung. inf.*
- - globis nigrescentibus inanibus. *ibid.*

Spatum calcarium figuratum subglobosum opacum, colore albido, superficie porosa, intus fibrosum, fibris tenuibus fasciculatis versus basim fluentibus, insidet Quarzo pinqui, e *fodina Christinæ Schemnizii Hung. inf.* Vide *Amœnit. academ. edit. Græcensem* Tom. I. pag. 44.

- - rosei coloris, e *Theresiæ fodina, Schemnizii Hung. infer.*
- - spato fibroso capillari, fibris distinctis elongatis & concentratis, inductum, e *Christinæ fodina Schemnizii* *ibid.* Vide Tab. III. Fig. 3.
- - fibris capillaribus albis longioribus distinctis con-

centratis in fasciculos aggregatis, *e fodina Christinæ Schemnitzii Hung. inf.*

- - fibris capillaribus albis pellucidis. *ibid.*
- - fibris albis longioribus concentratis, Zeolithiformibus, *e Christinæ fodina ibid.*
- - fibris capillaribus flavescentibus opacis. *ibid.*
- - fibris capillaribus cinereis. *ibid.*
- - fibris capillaribus cinereis. *ibid.*

STALACTITES CALCARIUS testaceus albus; testis concentricis, particulis impalpabilibus, *e Baumansböle Ducat. Blankenb.*

- - albus, testis horizontalibus, *Mehadiæ in Bannat. Temesf.*
- - - testis horizontalibus carneis nitentibus, *e fodina Christinæ Schemnitzii.*
- - albus, testis mæandriiformibus, particulis impalpabilibus, *e Thermis Glasbüttenfibis Schemnitzii Hung. infer.*
- - testaceus globosus albus, globis separatis, *Thermarum Carolinarum Bob.*
- - globis testaceis albis cohærentibus, *Pisolithus. ibid.*
- - globis testaceis albis cohærentibus marmoreis. *ibid.*
- - globis cohærentibus fuscis marmoreis, *Therm. Carol. Bob.*
- - globis testaceis albis cohærentibus minimis, *Oolithus, e Woodstok Angliæ.*
- - globis testaceis albis cohærentibus minimis, *e Bristol Angliæ.*

Stalactites calcarius, *stillatitius Linæi*, albus particulis impalpabilibus, coniformis solidus, *ad Gyolu-popi prope Rodnaviam Transilv.*

- - - *e Baumansböle Duc. Blankenb.*
- - cylindricus flavescent, cylindris inanibus, *Stuttgartiæ Duc. Wirtemb.*
- - - *ad Branik prope Pragam Bob.*

- - *ad*

- - - *ad Eula Bob.*
- - cylindris majoribus inanibus, spato fibroso capil-
lari refertis, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer.*
- - cylindris inanibus compressis, particulis granulatis,
e *fodina arenacea inter Berg & Stutgard Duc.*
Wirtemb.
- - cylindris solidis, particulis granulatis, *ad Rodna-*
viam Transilv.
- Stalactites calcarius stillatitius cylindricus, particulis
spatosis, Spato calcario solido amorpho denuo in-
crustatus, e *Kofors prope Pragam Bob.*
- Stalactites calcarius stillatitius albus marmoreus ra-
mulosus, *Flos Ferri Lin., ex Arzberg Styriae super.*
- - albus, e *fodina Ferdinandi Schemnitzii Hung. inf.*
- - albus, ramulis tenuissimis, e *fodina omnium San-*
ctorum in Hodritsch prope Schemnitz Hung. infer.
- - albus, superficie cærulescente, oblique argenteo
fere nitore resplendens. *Vide Poda descrip. Fossilium*
montis Arzberg, in addit. ad Amœn. Lin., e Ratmar,
Styriae sup.
- - albus, superficie virescente. *ibid.*
- Stalactites calcarius stillatitius ramulosus pellucidus
flavescent, e *fodina Matbiae Schemnitzii Hung. inf.*
- - - insidet mineræ Ferri albæ, fatiscenti, e *Styria*
super.
- Stalactites calcarius stillatitius globulosus albus, glo-
bulis separatis, e *Turrik ad montes Carpathicos Hung.*
- - - globulis aggregatis. *ibid.*
- - - globulis oblongis superficie scabra, *Confetti di*
Tivoli. Italiae.
- Stalactites calcarius solidus marmoreus, figuræ in-
certæ, zonis parallelis, albis, & violaceis orna-
tus, e *Thermis Carolinis Bob.*
- - fuscus marmoreus. *ibid.*
- - albus, superficie undulata, e *fodina Christinae ad*
Schemnitz Hung. inf.
- - albus, superficie cærulescente, e *Cupri fodina ad*
Schmölitz Hung. sup.

- - flavescent. *Thermarum Töplizensium, Bob.*
- - - *Thermarum Glasbüttensium prope Schemnitz Hung. infer.*
- - - *Thermarum Aquisgranensium.*
- - cinereus calcarius solidus, insidet Stalactiti gypseo; sponte ex aquis Sale foetis præcipitatur, in *salinis Aust. sup.*
- Stalactites, quondam, ut asserunt, calcarius, * solidus pellucidus figuræ incertæ, qui diutius aëri expositus adeo induruit, ut ad chalybem scintillet, ad *Glücksbrunn Sax.*
- Stalactites calcarius, figuræ incertæ, foliaceus, foliolis separatis tenuissimis, innatat *Thermis Carolinis, Bob.*
- Stalactites calcarius solidus griseus, conis concretis excavatis concentricis, *Cronstedt §. 12. n. 3. e Görar-pa molla prope Helsingborg Scania, in Suecia.*
- Stalactites calcarius solidus albus incrustans, e *Thermis Glasbüttensibus ad Schemnitz Hung. inf.*
- - incrustans vegetabilia, ad *Matlok Bath. in Derbyshire Angliæ.*
- - albus, incrustans fungum subterraneum, in *fodina Ferdinandi Schemnitzii in Hung. inf.*
- - ruber ochraceus, incrustans flores, &c. e *Thermis Carolinis Bob.*
- - ochraceus incrustans vegetabilia, e *Turrik in comitatu Liptoviensi Hung. sup.*
- - ad Veronam, *Italiæ.*
- - flavescent incrustans, ad *Canstadt. Duc. Wirtemb.*

TERRA GYPSEA, seu terra calcaria acido Vitrioli saturata, pulverulenta flavescent, *Chaulk Anglis, ex Habbadale mine prope Moneyasch in Derbyshire Angliæ.*

Terra

* Scintillat nunc ad chalybem, quem olim cum acidis effervefcere vidit vir fide dignissimus.

Terra gypsea indurata solida alba pellucida, particulis impalpabilibus, *Alabastrum pellucidum, e salinis Tordensibus Transilv.*

Terra gypsea indurata solida alba opaca, particulis impalpabilibus, *Alabastrum opacum, Tyrolis.*

- - - *ad Ebensee Aust. sup.*

Alabastrum carneum opacum, maculis albis, particulis impalpabilibus, *ad Ebensee Aust. sup.*

Alabastrum cinereum opacum, zonis nigris undulatis parallelis variegatum, *ad Nordhausen Thuring.*

Terra gypsea indurata solida alba & rubescens, particulis argilliformibus opacis, *ad Ebensee Aust. sup.*

- - rubra opaca, *ad Hallstadt ibid.*

- - nigra opaca, *ibid.*

Gypsum album particulis micaceis, *Gypsum usuale Lin., venas Cupri fodinarum ad magnum Gogel Tyrolis sequitur.*

- - album, *stratum horizontale fodinarum ad Eisleben Sax.*

- - - rubescens, *e Cupri fodinis ad Oraviza in Ban. Temesf.*

- - rubescens superficie fugaci, *e Morerstolln Schemnizii Hung. inf.*

- - nigrescens, *e Grafen Stabrembergs Kebr in salinis ad Gmunden Aust. sup.*

Gypsum fibrosum opacum album, *Stirium Lin., fibris parallelis, e Salinis ad Gmunden Aust. sup.*

- - album, *ad Baldon Curlandiæ.*

- - - *ad Fablun, Sveciæ.*

- - - *Stutgardiæ in Duc. Wirtemb.*

- - - album, fibris perpendicularibus tenuissimis, *ex Andrarum Sveciæ.*

- - rubescens, *prope Salberg Sveciæ.*

Gypsum fibrosum, fibris parallelis, pellucidum album, *Gypsum alabastrinum Lin., e Salisfodinis in Mar-moros Transilv.*

- - - *ad Chelaston, prope Derby Angliæ.*

Gypsum

Gypsum fibrosum, fibris abruptis rigidis minoribus,
e *salinis ad Dürrenberg Sax.*

Gypsum spatiosum album diaphanum, *Selenites, ad Gaden Boh.*

- - - *ad Veterosolum Hung. inf.*

- - includens Asbestum, Lithantraces &c. *ibid.*

- - spatiosum cinereum opacum, *Aust. inf.*

Gypsum ponderosum album opacum, *Marmor metallicum Cronstedt §. 18. n. 2. Tungspat Svecorum, e Villsch Carinthia.*

- - - *e Weinstok ad minorem Gogel Tyrolis.*

- - - *e fodina Friderici Augusti, Grosschirma prope Freyberg Sax.*

- - cinereum, *e Kongsberg Norweg.*

- - carneum, *ex Himmelsfürst Freybergæ Sax.*

- - rubescens argentiferum, *ex Herzog August. Freyberg. Sax.*

Gypsum album ponderosum crystallifatum cristatum,
Marmor metallicum drusicum, Cronstedt §. 19. ad Falkenstein Tyrol.

Stalactites gypseus opacus, particulis impalpabilibus,
Stalactites grignardus Lin., e salinis Aust. sup.

Stalactites gypseus cylindricus, cylindris inanibus, particulis impalpabilibus, *ex Herrngrund prope Neosolum Hung. inf.*

Gypsum crystallifatum album, crystallis pyramidatis, pyramide trigona apice truncata, *e Windschacht Schennizii Hung. inf. Vide Tab. I. Fig. 3.*

- - carneum opacum pyramide trigona, *e Morerstolln, ibid.*

- - fuscum pyramide inani, *e Pacherstolln Schennizii Hung. inf.*

- - pyramide trigona elongata diaphana, *e Saska in Ban. Temes.*

- - pyramide

- - pyramide trigona elongata inani, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*

Gypsum crystallisatum album trigonum, crystallis utrinque pyramidatis, prismate nullo intermedio, e *Belobanya Hung. inf.* Vide Tab. I. Fig. 4.

- - flavescens, crystallis inanibus, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*

- - fuscum, superficie fugaci, crystallis inanibus, *ibid.*

Gypsum crystallisatum album tetraedrum, columna elongata erecta tetraedra truncata, lateribus æqualibus, insidet Quarzo eroso in *Finsterorth prope Schemnitz Hung. inf.* Vide Tab. I. Fig. 5.

- - columnis decumbentibus concentratis, in Argilla communi, e *fodina Ferdinandi, ibid.*

- - columnis tetraedris albis pellucidis capillaribus concentratis, e *Michaëlis fodina ibid.*

- - virescens, columna tetraedra truncata, *Gotblandiæ Sveciæ.*

- - album pellucidum, columna tetraedra crassiore truncata, lateribus inæqualibus, *ad Gaaden Bob.*

- - - columna tetraedra oblonga, pyramide diedra compressa, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung.*

- - - columna elongata tetraedra, lateribus alternis angustioribus, pyramide diedra, e *Windischleiten Schemnitzii Hung. inf.* Vide Tab. I. Fig. 7.

- - - columna elongata tetraedra, lateribus alternis angustioribus ferratis, pyramide trigona truncata, e *Finsterorth Schemnitzii ibid.* Vide Tab. I. Fig. 8.

- - - columna elongata tetraedra utrinque pyramidata, lateribus inæqualibus, pyramidibus diedris contrariis, *ad Herrngrund Hung. inf.* Vide Lin. Syst. Nat. Fig. 7.

Gypsum crystallisatum pyramidatum carneum, pyramide pentagona opaca, e *Morerstolln Schemnitzii.* Vide Tab. I. Fig. 10.

- - album, pyramide inani, superficie lamellis minimis erectis obducta, ex *Joachimsthal Bob.*

Gypsum

Gypsum crystallifatum cubicum album, cujus pellucidis, nitentibus, *e Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer.*

- - album opacum, *ibid.*

- - margaritaceum, *ibid.*

- - flavescens, *Kapnikii in Transilv.*

- - nigrescens, *e Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*

- - cæruleum nitens, *e fodina Theresiæ Schemnitzii Hung. infer.*

- - cinereum, *ex Joachimsthal Bob.*

- - carneum, *ibid.*

- - flavorubrum, *ibid.*

- - cubis nitentibus superficie aurea, *e veteri cuniculo Antonii prope Schemnitz Hung. inf.*

- - cubis flavescens inanis, *e fodina Theresiæ Schemnitzii Hung. inf.*

- - cubis varii coloris jam in cristas, jam in pyramides cumulatis, *e variis fodinis Schemnitzii Hung. inf.*

Gypsum crystallifatum album opacum rhombeum, rhombis depressis, *e fodina Theresiæ Schemnitzii Hung. infer.*

- - niveum opacum, *Felsobaniæ Hung. super.*

- - flavescens, *ex Joachimsthal Bob.*

Gypsum crystallifatum album opacum, columna hexaedra, oblique truncata, *Freybergæ in Saxon.*

- - - columna elongata hexaedra utrinque pyramidata, pyramide inferiori & superiori didra, *e Gmunden Austr. super. Vide Tab. I. Fig. 16.*

Gypsum crystallifatum album trapezoides, Planis omnibus inæqualibus, *e Morerstolln Schemnitzii Hung. infer.*

Gypsum figuratum globosum album, globis pellucidis solidis, *e fodina Nicolai Belobaniæ Hung. inf.*

- - globosum fuscum, globis solitariis, Quarzo inhaerentibus, *e Pacherstolln Schemnitzii ibid.*

- - album, globis pellucidis inanis, *e fodina Christiæ Schemnitzii Hung. inf.*

- - album,

- - album, globis opacis inanibus, *ibid.*
- - fuscum, globis inanibus, crySTALLIS gypseis tetraedris capillaribus, refertis, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*

Gypsum figuratum lamellosum, lamellis tetraedris albis diaphanis tenuissimis, e *fodina civitatis Cremnicensis Hung. inf.*

- - - lamellis majoribus diaphanis mellei coloris, e *Kapnik Transilv.*
- - - lamellis majoribus opacis albis, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*
- - lamellis albis opacis, nucleo diaphano, e *fodina Michaëlis Schemnitzii Hung. inf. Vide Tab. I. Fig. 9.*
- - - lamellis elongatis tetraedris, marginibus duplicatis, ex *Andreasberg Hercyniæ.*

Gypsum figuratum lamellosum album, lamellis pelucidis hexaedris, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer. Vide Tab. I. Fig. 12.*

- - lamellis hexaedris opacis majoribus, *ibid.*

Gypsum figuratum lamellosum album, lamellis tenuissimis distinctis opacis, in arbusculorum figuram erectis, e *Belobanya prope Schemnitz Hung. inf.*

- - lamellis diaphanis, e *Windischacht Schemnitzii ibid.*
- - lamellis majoribus petalorum instar e centro concretis, e *Felsőbanya Hung. sup.*
- - album opacum, lamellis fasciculatim aggregatis *Waller. spec. 61. n. 10, ex Andreasberg Hercyniæ.*
- - album subpellucidum, lamellis tenuissimis orbicularibus in cristas erectis, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*
- - - insistens Pyriti, *ibid.*

TERRA CALCARIA PHLOGISTICA, phlogisto simplici mixta, indurata solida atra, particulis impalpabilibus

pabilibus, *Orsten Svecorum*, *Lapis suillus Cronstedt §. 23*,
ad *Kofors Bob.*

Lapis suillus stratosus nigrescens, particulis impalpabilibus, *stratum ad Eisleben Saxoniae constituit.*

- - nigrescens, stratosus particulis impalpabilibus,
stratum primum fodinarum ad Derbyshire Angliæ.

- - ater solidus, particulis granulatis, petrefactis
mixtus, e *Kinneulle Westrogothiæ in Svec.*

- - nigrescens, particulis micaceis, ad *Bornholm Daniæ.*

Lapis suillus spatiosus flavescens, ad *Kinneulla Westrogothiæ in Svecia.*

- - flavo fuscus, ad *Hunneberg Westrogothiæ in Svecia.*

- - niger, ex *Andrarum Scaniæ ibid.*

Terra calcaria phlogisto & acido Vitrioli mixta, indurata nigra spatiosa, globosa, *Lapis hepaticus*, ex *Andrarum Scaniæ ibid.*

MARGA, seu terra calcaria Argilla intime mixta, friabilis cinerea, *Styriæ.*

- - - ad *Liboschowitz Bob.*

- - viridis, ad *Presnitz Bob.*

Marga indurata luteo fusca, aëre fatiscens, ad *Joaachimsthal Bob. **

- - cinerea, aëre fatiscens, e *Creutzstolln Nagybanyæ Hung. super.*

Marga indurata solida, flavescens dendritica, stratis continuis, ad *Pappenheim Franconiæ.*

- - nigrescens, ad *Robelitz prope Salsfeld Sax.*

- - nigrescens, unum e stratis horizontalibus ad *Eisleben Sax.*

- - rubescens

* Comitatur ad 80 Orgyarum profunditatem lapidem calcarium nigrescentem textura fibrosa, quem pro arbore petrificata habent.

- - rubescens globosa, Spato calcario crySTALLISATO
repleta, *Anstriae infer.*

Marga indurata testacea cinerea, testis Spato calca-
rio flavescence conglutinis, *ad Kostansky Maidan*
Croatia.



J. Kleinhardt del.

Baltzer sc. Prag



CLASSIS PRIMA TERRÆ ET LAPIDES.



ORDO SECUNDUS VITRESCENTES.

QUARZUM NOBILE, pellucidissimum, solidissimum album, *Adamus Gemma.*

- - rubrum, duritie secunda, *Rubinus Gemma.*
- - colore incarnato, *Rubinus Balassus, Waller. spec. 116. n. 2, ad radices montium Carpathicorum Hung. sup. reperitur copiosius, sed crystallis minimis retundatis.*
- - cæruleum, duritie tertia *Sapphirus Gemma.*
- - cærulescens, *Sapphirus femina Wallerii spec. 117. n. 2, ad Turnau Bobemice.*
- - flavum, colore aureo, duritie quarta, crystallifatum, columna octoedra utrinque truncata, Planis inæqualibus, *Topazius Gemma, infidet crystallo quartzosæ, ad Schneckenstein Sax.*
- - crystallis sibi perpendiculariter impositis, quæ columnam longiorem articulatam constituunt, *ibid.*
- - virens, duritie sexta, *Topazius flavo virens Cronst. §. 46. Chrysolithus, ad Turnau Bob.*
- - colore vividi porrino, *Prasus Waller. 120. n. 3, in Quarzo granulato, e Breitenbaum Jobannegeorgenstadt Sax.*
- - viridi flavesceus, *Chrysopras Waller. spec. 120. n. 3, ad Turnau Bob.*

- - viride,

- - viride, duritie quinta, *Smaragdus Gemma*, columna octoedra utrinque, ut videtur, truncata.
- - violaceum, duritie septima, *Amethystus*, e *Bob.*

QUARZUM PURUM pinque, particulis impalpabilibus, amorphum superficie polita, diaphanum album, e fodina *Christinae Schemnitzii Hung. infer. Glasz ibid. metallicis dicitur, Justi Minerolog. §. 428.*

- - album, e fodina *Kongensgrube ad Røraas Norwegiæ.*
- - aqueum, amorphum, e *montibus Giganteis, Bob.*
- - flavum, *ibid.*
- - flavo fuscum, *Morion seu Rauchtopas. ibid.*
- - rubrum amorphum, Argento rubro tinctum, e *Ratieborzix Bob.*

Quarzum pinque, purum aqueum fissile, e *Grönland.*

Quarzum purum amorphum flavesceus, textura granulata, e *Finsterorth ad Schemnitz. Hung. inf.*

- - album, textura fibrosa, fibris longioribus, e *montibus Carpathicis Hung.*
- - albo cærulesceus textura spatosa, ex *Hofer Schlag in cuniculo profundissimo Francisci, Schemnitzii Hung. infer.*

Quarzum purum amorphum opacum album, particulis impalpabilibus, *Fluor albus Cronstedt §. 53. e Stri- pas Grufva prope Norberg, Wessmanniæ in Svecia.*

- - amethystinum, ad *Wolkenstein Saxonie.*

Quarzum purum crystallisatum cubicum pellucidum, cubis solitariis inanibus cavitate cubica, superficie crystallis acaulibus minimis tecta, e fodina *Annæ Crennizii Hung. inf.*

- - opacum, cubis inanibus aggregatis, e *Finsterorth prope Schemnitz Hung. inf.*

Quarzum parallelopipedum, parallelopipedis inanibus solitariis, crystallis minimis acaulibus tectis, e *Siglisberg Schemnitzii Hung. inf. Vide Tab. I. Fig. 13.*

Quarzum hexaedrum diaphanum acaule, pyramide una hexangulari, prismatico nullo, *e Brennerstolln ad Schemnitz Hung. inf. Vide Tab. II. Fig. 10.*

- - - *ex Andreasberg Hercyniæ.*

- - - *e Bristol Angliæ. Bristol Diamonds.*

- - pallido rubrum, *ibid.*

- - flavescens, *e Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*

- - - *e Brennerstolln ad Schemnitz Hung. inf.*

- - amethystinum, *e Geyer Sax.*

- - rubro flavescens opacum, *e Przibram Bob.*

Quarzum crystallisatum hexaedrum aqueum, columna elongata, pyramide una hexaedra, *Crystallus montana, e Christine fodina Schemnitzii Hung. inf. Vide Tab. I. Fig. 15.*

- - - *ex Offerdallen Femtæ in Svecia.*

- - album hexaedrum, e lamellis distinctis compositum, *e fodina Christine, Schemnitzii Hung.*

- - lacteum, *ibid.*

- - subviolaceum, *e Pacherstolln ibid.*

- - violaceum, *e Brennerstolln ibid.*

- - fuscum, *e montibus Giganteis Bob.*

- - nigrum, opacum, *e Schlaggenwald Bob.*

Quarzum crystallisatum aqueum pyramidatum, pyramide hexaedra, Planis duobus latioribus, quatuor linearibus æqualibus in pyramidem diedram desinentibus, *ex Helvetia. Vide Tab. II. Fig. 2.*

- - columna hexaedra, Planis tribus trigonis, & tribus pentagonis, pyramide trigona, *e fodina Christine Schemnitzii Hung. inf. Vide Tab. II. Fig. 3.*

- - aqueum, columna & pyramide hexagona, vestigiis cubicis impressum, *e Pacherstolln, Schemnitzii. Vide Tab. II. Fig. 11.*

- - - vestigiis circularibus, *ibid. Vide Tab. II. Fig. 12.*

Quarzum crystallisatum hexaedrum album inane, cavitate hexaedra, *e cuniculo Christine ibid.*

- - pallido violaceum inane, *ibid.*

Quarzum crystallisatum album hexaedrum clavatum, feu

feu pyramis crassior columnæ tenuiori imposita,
e fodina *Christinæ Schemnitzii Hung. infer.* Vide
Tab. II. Fig. 4.

- - clavatum, pyramide minore columnæ crassiori
adnata, e *Pacherstolln ibid.* Vide Tab. II. Fig. 5.

- - - pyramide hexaedra crassiore columnæ nodosæ
imposita, *ibid.* Vide Tab. II. Fig. 6.

Quarzum crystallisatum hexagonum, includens crys-
tallum quarzofam hexagonam minorem, e *Freyberg
Sax.* Vide Tab. II. Fig. 7.

- - inclusum in Quarzo opaco amorpho pinqui,
e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*

- - includens bullam aëris, e fodina *Christinæ ibid.*

- - includens aquam, e *Felsöbanya Hung. super.*

- - - e fodina *Christinæ Schemnitzii Hung. infer.*

- - clavatum, includens aquam, e fodina *Ferdinandi
ibid.*

- - includens Spatum crystallisatum cubicum, e *Fel-
söbanya Hung. super.*

- - includens Spatum calcarium fibrosum, fibris ca-
pillaribus, e fodina *Christinæ Schemnitzii Hung. inf.*

- - opacum cinereum, includens Micam lamellosam
argentatam, e *Schlaggenwald Bob.*

- - includens Pyritem, e *Pacherstolln Schemnitzii
Hung. inf.*

- - includens Pseudogalenam, *ibid.*

- - includens Galenam, e *Ratieborziz Bob.*

- - tinctum Argento rubro, ex *Andreasberg Hercyn.*

- - includens Argentum fragile, e fodina *Christinæ
Schemnitzii Hung. inf.*

- - - e *Windischacht ibid.*

- - includens Argentum vitreum, *ibid.*

- - - e *Kongsberg Norwegiæ.*

Quarzum crystallisatum purum hexaedrum diapha-
num, utrinque pyramidatum, columna nulla in-
termedia, crystallis solitariis, e *Marmoros Transilv.*
Vide *Lin. Syst. Tab. I. n. 3.*

- - in matrice argillacea, *ibid.*
- - opacum, hexaedrum inane, superficie crySTALLIS acaulibus minimis obducta, *Freybergæ Sax.*
- - lacteum opacum, columna intermedia brevissima, *e montibus Slivenzæ Carniolæ. Vide Lin. Syst. Tab. I. n. 2.*
- - diaphanum, columna intermedia breviori, *ibid.*
- - colore Carnioli, *e Bob.*
- - diaphanum, columna intermedia elongata, *e fodina Christine Schemnitzii Hung. inf. Vide Lin. Syst. Nat. Tab. I. n. 1.*
- - diaphanum, crySTALLIS Spato calcario globoso in-hærentibus, *e Pacherstolln ibid.*
- - diaphanum solitarium, *e montibus Carpathicis Hung. super.*
- - diaphanum, columna hexaedra, pyramide superiore clavata, inferiore acuminata, *e fodina Christine Schemnitzii Hung. inf. Vide Tab. II. Fig. 8.*
- - opacum, columna superius pyramidata, inferius pyramide duplici hexaedra, *e Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf. Vide Tab. II. Fig. 9.*
- Quarzum crySTALLISatum purum hexaedrum diaphanum, utrinque pyramidatum, crySTALLIS aggregatis, *e fodina Christine Schemnitzii Hung. inf.*
- - crySTALLIS minimis columnæ hexaedræ majori verticaliter adnatis, *ibid. Vide Tab. III. Fig. 4.*
- Quarzum crySTALLISatum hexaedrum, crySTALLIS decumbentibus, *e Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*
- - crySTALLIS fasciculatim aggregatis, ad centrum tendentibus, *Quarzum echinatum, e Windschacht ibid. Vide Tab. II. Fig. 16.*
- - crySTALLIS amethystinis imbricatis, *e Brennerstolln ad Schemnitz ibid. Vide Tab. II. Fig. 14.*
- - crySTALLIS minoribus crySTALLO hexaedræ crassiori horizontaliter adnatis, *e fodina Annæ Cremnitzii Hung. inf. Vide Tab. II. Fig. 15.*

Quarzum crySTALLIFATUM dodecaedrum, Planis irregularibus, e *Marmoros Transilv. Vide Tab. II. Fig. 13.*

Quarzum purum opacum figuratum cristatum, cristis inanibus, crySTALLIS albis minimis acaulibus, obductis, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*

- - e *Windschacht ibid.*

- - amethystinum opacum, *ibid.*

- - luteo fuscum, cristis ostream perfectissime referentibus, e *Brennerstolln ad Schemnitz Hung. inf.*

Quarzum purum figuratum cylindricum opacum album, cylindris longioribus, e *Windschacht ibid.*

- - cylindris brevioribus tenuissimis fusco luteis, fasciculatim aggregatis, e *Finsterorth Schemnitzii ibid.*

- - cylindricum flavescens, cylindris e centro divergentibus, *ibid.*

Quarzum purum figuratum album globosum, globis inanibus, e *fodina Ferdinandi ibid.*

Quarzum purum figuratum lamellosum album, lamellis parallelis distinctis, ita ut Quarzum videatur incisum, e *Finsterorth Schemnitzii ibid.*

- - lamellis distinctis in triangula dispositis, *ibid.*

- - lamellis inordinatim dispositis, *ibid.*

- - lamellis minimis in gyros mæandriiformes ordinatis, e *cuniculo veteri Antonii ad Schemnitz. Hung. infer.*

- - lamellosum flavescens reticulatum, Cobalto reticulato simillimum, e *Brennerstolln ibid.*

- - lamellosum fuscum cellulare, e *Friedensfeld in Joachimsthal Bob.*

- - - cellulis majoribus, Topho ochraceo refertis, ad *Neosolium Hung. inf.*

- - lamellis tetraedris, e *Joannis Klufft ibid.*

Quarzum purum figuratum membranaceum album, membrana tenuissima, veluti *Nautilus papyraceus*, e *Finsterorth Schemnitzii Hung. infer.*

- - - obscuro virescens, membranis crystallifatis trigonis inanibus, *ibid.*
- - fuscum, *ibid.*
- - flavescens, *ibid.*
- - - colore aureo oblique resplendens, *ibid.*
- - virescens, membranis trigonis, superficie Quarzo cylindrico hirta, *ibid.* Vide Tab. III. Fig. 5.
- - membranis trigonis albis, superficie imbricata, e *Pacherstolln Schemnitzii Hung. inf.*
- - membranis albis pyramidatis hexaedris, pyramidibus inanibus, *ibid.*

Quarzum figuratum erosum album, e *Finsterorth ad Schemnitz Hung. inf.*

- - amethystinum, *ibid.*
- - obscuro virescens, *ibid.*

Quarzum figuratum spongiosum, album, *ibid.*

Quarzum granulatum amorphum album, vestigiis cubicis impressum, e *Finsterorth ad Schemnitz, ibid.*

Quarzum pinque album, vestigiis cubicis impressum, e *Sunnerskog Smolandiae, Svec.*

Quarzum stillatitium incrustans, e *Brennerstolln Schemnitzii Hung. inf.*

- - - ex *Hof prope Schemnitz, ibid.*

QUARZUM IMPURUM Ochra Ferri atra intime mixtum, *Cronstedt §. 53. n. 2.* auriferum, e *cuniculo D. Joannis Elemosinarii ad Bakabanyam, * Hung. inf.*

- - Ochra Ferri flavesciente mixtum, auriferum, dendriticum, e *cuniculo Josephi ad Hodritsch prope Schemnitz, ibid.*

- - croco Veneris intime mixtum, e *Sunnerskog Smolandiae, Svec.*

OPALUS, *Silex vagus, reflectione & refractione varians Lin. e viridi, rubro, cæruleo & flavo versicolor, ex Oriente.*

- - albescens

* *Rugganz*

- - albescens pellucidus versicolor, *ad montes Carpathicos, Hung. super.*
 - - lacteus, *ad Eibenstok, Sax.*
 - - albo virescens, *e fluvio Isar, Silesiæ.*
 - - - *ad Eibenstok Saxoniae.*
 - - flavo cinereus rudis, includens Asbestum, *fragmentum ad Mödling Austr. inf. repertum.*
 - - lacteus subcæruleus, in lapide arenaceo, *e comitatu Abaujvariensi, Hung.*
 - - - stratis Cacholonii & Chalcedonii insidens, *ibid.*
 - - - in Spato campestri scintillante flavescente, cum minera Argenti cinerea, & Galena, *e fodina Donati Freybergæ, Sax.*
- Opalus niger flavo colore variegatus *Waller Spec. 87. n. 2. ad montes Carpathicos reperitur in valle Siroka.*

ONYX *Silex vagus stratis diversicoloribus Lin. fasciis albis nigrescentibus & amethystinis, cortice fusco opaco, e Bob.*

- - fasciis albis, roseis & fuscis, *e Ducatu Bipontino.**

CACHOLONIUS, *Silex vagus lacteus opacus, opalini tenax, fractura inæquali, Waller spec. 83. Cacholung. Cronstedt §. 57. Islandiæ.*

CHALCEDONIUS, *Silex vagus subdiaphanus concentrice varius Lin. lutescens, lineis horizontalibus albis, opacis cacholoniis ut videtur, e Ferroe Islandiæ.*

- - lactescens, fasciis albis opacis cacholoniis latioribus horizontalibus, *Islandiæ.*

- - lacteo cæruleus, circulis lacteis opacis cacholoniis, *e Ferroe ibid.*

- - cinereus, lineis viridibus & albis horizontalibus distinctus, Cacholonio adnatus, *e Ferroe Isl.*

- - cinereus,

* Varietates plures Onychis, quod colore fasciarum tantum differant, adferre negligo.

- - cinereus, zonis lacteis opacis cacholoniis, & terra alba fors *basi Cacholonii?* circumdatus, *Islandiæ.*

- - lacteo cærulescens, *ibid.*

- - - e *Ducatu Bipontino.*

- - cinereo spadiceus, *Waller. spec. 85. n. 2. ibid.*

- - cinereo viridis, superficie, Cacholonio albo & terra viridi, variegata, e *Ferroë ibid.*

- - terra viridi, quæ Zeolithos & Chalcedonios fere semper comitatur, obductus, *Islandiæ.*

Chalcedonius globosus, globis solitariis, cortice cinereo opaco, ad *Hobenstein Thuring.*

- - pellucidus, globis minoribus superficie nitente, *Islandiæ.*

Chalcedonius stilatitius flavescens, e *Ferroë Isl.*

- - cinereus, superficie undulata, *ibid.*

- - cærulescens cylindricus, cylindris solidis, *ibid.*

- - albus, includens vegetabilia, Ericam, Juncos &c. e *Lebotka prope Cremniz, Hung. inf.*

Chalcedonius cærulescens lateribus rubris carneolicis, e *Chemniz Sax.*

- - - adnatus Jaspidi rubro, *Islandiæ.*

- - cærulescens, insidet Hæmatiti nigro, ad *Boinik Hung. infer.*

CARNEOLUS, *Silex vagus diaphanus unicolor ruber vel flavus Lin. coloris carnei, ad Turnau Bob.*

- - ruber, *ibid.*

- - obscuro flavescens *Cronstedt §. 58. ibid.*

- - - e *valle Brunova ad montes Carpathicos Hung.*

SARDONIX *Cronstedt §. 59.* seu Chalcedonius albo cinereus, crusta Carneoli circumdatus, ad *Chemniz Saxoniæ.*

- - fasciis rubris & lacteis, & circulis albis ornatus, e *Ducatu Bipont.*

- - Opalo intime mixtus, e *Suratta Indiæ orientalis.*

ACHATES; *Silex rupestris*, cortice rufo noduloso Lin. subdiaphanus, chalcedonifans, ad Chemnitz Sax.

- - chalcedonifans, fasciis parallelis violaceis, & Granatis minimis ornatus. Vide Just. Miner. §. 396. ad Namieſt Moraviae.

- - chalcedonifans, fasciis roseis, terram viridem musco fimillimam includens, e Ducatu Bipontino.

- - - e Bohemia.

- - amethystinus, nucleo lacteo chalcedonifante, e Duc. Bipont.

- - cærulescens, fasciis parallelis & circulis lacteis, *ibid.*

- - figuris dendriticis nigrescentibus, *Dendrachates Wal-lerii Spec. 89. n. 17. ibid.*

- - cærulescens, figuris dendriticis fuscis, *ibid.*

- - cærulescens, nucleo Quarzo amethystino reſer-
to, Bohemiae.

- - flavo cæruleus, fasciis linearibus plurimis angulatis, *Fortifications Achat, ad Schlotwitz Sax.*

- - ruber *, striis undulatis, fluore albo & amethystino variegatus, *Lapis corallinus. Vide Brunichii Edit. Cronstedti §. 60. ad Kumersdorf prope Freyberg Sax.*

PYROMACHUS albo cinereus, *Silex vagus cortice glabro, fragmentis diaphanis glaberrimis Lin. e Gallia.*

- - flavus, *cujus fragmenta in Comitatu Zemlinensi Hung. reperiuntur.*

PETROSILEX, *Silex rupestris subdiaphanus Lin. lacteus, ad Cremnizium Hung. inf.*

- - albus, *venas metalliferas Cuprifodinarum ad Falkenstein, Thierberg, & Pfunderberg Tyrolis sequitur.*

- - cinereus, *e fodina regia Boitzæ in Transylv.*

- - cinereus, *Lapis corneus Germanorum, ex Edelfors Svec.*

- - cinereus,

* Achatis & Jaspidis varietates omnes, cum non nisi maculis & colore varient, cur enumerarem?

- - cinereus, fasciis nigris variegatus, *Dannemora in Svec.*
- - cærulescens, e *Pfunderberg Tyrol.*
- - rubescens, e *puteo Caroli in Salberg Svec.*
- - ruber, e *cuniculo nominis Jesu in Schneeberg Sax.*
- - virescens, e *Salberg Sveciæ.*
- - fuscus, e *Gustafsgrufva Femtiæ ad Svec.*
- - niger, e *Cuprifodinis ad Thierberg Tyrol.*

JASPIS *, *Silex rupestris nudus opacus Lin. subvirescens, ad Turnau Bob.*

- - subvirescens fasciis violaceis, *ad Genandtstein Sax.*
- - viridis, *ibid.*
- - viridis, punctis rubris, e *montibus Giganteis Bob.*
- - viridis, maculis rubris, *ibid.*
- - viridis, maculis albis & rubris, *ad Turnau Bob.*
- - ruber unicolor, *Italiæ.*
- - ruber, Coralliis petrefactis inclusis, *Chemnitz Sax.*
- - flavescens, maculis rubris, *Italiæ.*
- - obscuro flavus, zonis & figuris dendriticis nigris ornatus, *Caillon d'Egypte, ex Oriente.*
- - fuscus, punctis & maculis nigris variegatus, e *Chemnitz Sax.*
- - fuscus unicolor, *ad Zwickau Sax.*
- - spadiceus unicolor, e *Comitatu Zempliniensi Hung.*
- - e *montibus Giganteis Bob.*
- - niger, *Bob.*

Jaspis impurus martialis *Cronstedt §. 65. zinopl, particulis impalpabilibus, obscuro ruber, ad montem Calvariae Schemnitz. Hung. inf.*

- - particulis granulatis, Jaspide viridi mixtus, e *Theresiæ fodina Schemnitzii, ibid.*
- - Quarzo albo intime mixtus, *Schnürlzinopl, ad Pacherstolln, ibid.*

SPATUM

* Vide notam pag. 29.

SPATUM SCINTILLANS opacum cinereum, particulis impalpabilibus, e *Siglisberg Schemnizii Hung. inf.*

- - subflavescens, particulis squamosis, ad *Geyer Sax.*
- - carneum, particulis impalpabilibus, auriferum, *matrix minerarum Kapnikii Transilv.*
- - rubescens, particulis spatosis, e *Westerwik Svec.*
- - spadiceum, particulis squamosis, e *Bleking Svec.*

GRANATUS martialis ruber, particulis granulatis figuræ indeterminatæ, *Granatberg Cronstedt §. 69. ad Sterzing Tyrolis.*

- - obscuro ruber, ad *Orpes prope Presniz Bob.*
- - rubro flavus, e *fodina cuprea jam deserta, ad Sunnerskog Svec.*
- - flavus, e *fodina Pauli, Dognaskæ in Ban. Temes.*
- - virescens, ex *Eibenstok Sax.*
- - fuscus, e *Tuna & Blandoberg Dalandiæ in Svec.*
- - - e *Stripas Grufva prope Norberg Svec.*
- - niger, e *fodina Simonis & Judæ Dognaskæ in Ban. Temes.*

Granatus crystallifatus ruber pellucidus 8edrus, e *Sterzing Tyrolis.*

- - - 12edrus, *Finnlandiæ.*
- - - 24edrus, ad *Petschau Bob.*
- - - ad *Deutsch Pilsen, Comitatus Strigoniensis Hung.*
- - - e *Kutenplan in circulo Pilsensi Bob.*
- - - ex *Engsö in Westrogothia Svec.*
- - - polyedrus, pellucidus, ad *Turnau Bob.*

riæ inferioris.*
- - cryſtalliſatum album hexaedrum, truncatum ina-
ne. *E fodina Chriſtinæ ad Schemnitz Hung. inf.*
- - hexaedrum viſcens, apice diedro truncato.
Hercyniæ.
- - - hexaedrum album, apice diedro compreſſo. *E
Maria Lichtmeſſe ad Bleyberg Hercyniæ.*
- - - hexaedrum album, apice diedro. In gypſo ni-
gro & ruſcente amorpho. *E Salinis ad Auſſee
Auriæ ſuper.*
- - - hexaedrum flavescens, apice bifurcato. *Ibid.*
- - - hexaedrum album, apice triedro. *E Hutſchen-
thaler Zug ad Wildenmann Hercyniæ.*
- - - hexaedrum nigrescens, apice triedro. *Bey der
See ad Hallum Saxonæ.*
- Gypſum cryſtalliſatum album, cryſtallis minimis po-
lyedris. *Vulgo: Erſchrocken Salz. E Salinis ad
Hallſtadt Auſtr. ſuper.*
- - cryſtalliſatum nigrescens, cryſtallis polyedris. *E
Salinis ad Auſſee Auſtr. ſuper.*
- Gypſum figuratum globosum album, ſuperficie cri-
ſtata. *E Pacherſtolln Schemnitzii Hung. infer.*
- - figuratum cylindricum, cylindris tenuiſſimis fili-
formibus longis aggregatis. *Hercyniæ.*
- - figuratum lamelloſum, lamellis albis opacis tetra-
edris. *E neue Hoffnung ad Schemnitz Hungariæ in-
ferioris.*
- - figuratum lamelloſum, lamellis pellucidis tetra-
edris cæruleſcentibus. *Ibidem.*
- - figuratum

- - figuratum lamellosum, lamellis crassioribus hexaedris pellucidis, sibi impositis. *Ex Schottover in Oxfordshire Angliæ.*
- - figuratum lamellosum, lamellis hexaedris margaritaceis pellucidis; in quarzo spongioso albo. *E Finsterorth ad Schemnitz Hungariæ.*
- - figuratum lamellosum, lamellis orbicularibus flavescentibus opacis. *E Michaëlis fodina ad Schemnitz Hungariæ inferioris.*
- - figuratum lamellosum, album, lamellis cristatis maximis. *Ex Hutschenthaler Zug ad Wildemann Hercyniæ.*
- - figuratum lamellosum flavescentibus, lamellis cristatis maximis flavescentibus. *Ibidem.*
- - figuratum lamellosum idem, Pyrite crystallisato adpersum. *E Spiegelthaler Zug ad Wildemann Hercyniæ.*
- - figuratum lamellosum flavescentibus pellucidum idem. *Ex Hobe Tanne in Joachimsthal Bob.*
- - figuratum lamellosum obscuro flavum idem. *Ex Hutschenthaler Zug ad Wildemann Hercyniæ.*
- - figuratum lamellosum carneum. *Ibidem*
- - figuratum lamellosum, lamellis cristatis minoribus albis opacis. *E Pacherstolln Schemnitzii Hungariæ inferioris.*
- - figuratum lamellosum, lamellis cristatis minoribus flavescentibus opacis. *E Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer.*
- - figuratum lamellosum, cristis rubescentibus opacis minoribus. *Ibidem.*
- - figuratum lamellosum idem. *E Felsöbanya Hung. superioris.*

TERRA CALCARIA PHLOGISTICA indurata; lapis suillus albus, particulis spatosis. * *E Provincia Pictaviensi Galliæ.*

F 4

MARGA,

* Omnium maxime fætet,

MARGA, seu terra calcaria argilla intime mixta, cinerea, indurata. *Ad Egram Boh.*

- - - cinerea indurata. *E Bleyberg Carinthiæ.*

- - - flavescens indurata. *Venas sequitur in nonnullis fodinis ad Bleyberg Carinthiæ.*

- - - nigrescens indurata. *Idriæ in Carniola.*

VITRESCENTES.

QUARZUM NOBILE carneo rubrum. *Rubinus Balassus.* Figura octoedra aluminari. *Ex Oriente.*

Hyacinthus. *Topazius flavo rubens. Wallerii System. minerol. Tom. I. pag. 240.* Crystallifatus decaedrus. *Ex Oriente.*

Smaragdus, Orientalis.

Amethystus rotundatus. *Ex Oriente.*

QUARZUM PURUM pinque subpellucidum amorphum. *Officinis vitriariis inservit prope urbem Høysund Norwegiæ.*

- - - pinque amorphum pellucidum. *E Kongsberg Norwegiæ.*

- - - pinque amorphum pellucidum. *E Schlaggenwald Bohemiæ.*

- - - pinque amorphum opacum. *E Lach in Valle Villeriana Alsatiæ.*

Quarzum purum opacum, lacteum particulis impalpabilibus. *E cuprifodina in Radelsgraben Carinthiæ.*

- - - purum crystallifatum, crystallis trigonis pyramidatis inanibus rubescentibus apice globulo quazoso albo inani instructo. *E Schneeberg Saxonie.*

--- crystallis

- - - cryſtallis trigonis hyalinis minoribus, cum quarzo cryſtallyſato cubico hyalino. *E Helfſekulle Uplandiæ in Suecia.*
- - - cryſtallifatum, cryſtallis rhomboidalibus inanibus. *E Mies circuli Plsnenſis Bobemiæ.*
- - - cryſtallifatum paralelloipedum inane, duos pollices longum, ſemialterum latum, & dimidium altum; teſtum cryſtallis minimis acaulibus. *Ex Annæ fodina Schennizii Hung. infer.*
- - - cryſtallyſatum album pentaedrum, columna inferius oblique truncata. *E Mies Bobemiæ.*
- - - cryſtallifatum, columna hexaedra oblique truncata. *Vide Tab. I. fig. 4. E Jobannegeorgenſtadt Saxoniæ.*
- - - cryſtallifatum idem. *Ex Helvetia.*
- - - cryſtallifatum, columna hexaedra, tranſverſim crenata, apice triedro. *E fodina Chriſtinæ ad Schennizium Hung. infer.*
- - - cryſtallifatum hexaedrum, cryſtallo minori hexaedra horizontaliter adnata. *E Michaëlis fodina Schennizii Hung. infer.*
- Quarzum purum cryſtallifatum hexaedrum, cryſtallo minore columnam majoris cryſtalli tranſverſim tranſeunte, & utrinque prominente. *E Pacherſtollz Schennizii Hung. infer.*
- - - cryſtallifatum, columna hexaedra, planis pyramidis omnibus inæqualibus. *Ex Helvetia.*
- - - cryſtallifatum hexaedrum, lateribus duobus oppoſitis latioribus, & quatuor anguſtioribus. *E Schwarz Tyrolis.*
- - - cryſtallifatum hexaedrum, cryſtallis convergentibus. *Ex Ofertbal Jemtæ in Suecia.*
- - - cryſtallifatum hexaedrum, cryſtallis decumbentibus. *E Schlaggenwald Bob.*
- - - cryſtallifatum hexaedrum, clavatum pyramide craſſiore columnæ tenuiori impoſita. *E Pacherſtollz Schennizii Hung. infer.*

- - - crystallifatum hexaedrum clavatum, parte infima crystalli tenuiore. *E Christinae fodina ad Schemnitzium Hung. infer.*
- - - crystallifatum hexaedrum, crystallis clavatis aggregatis. *E Pacherstolln Schemnitzii Hungariae inferioris.*
- - - crystallifatum hexaedrum opacum, superficie imbricata. *Ibidem.*
- - - crystallifatum pellucidum hexaedrum flavescens; *Zapfen Topas*, crystallis aggregatis. *E Stannifodina ad Schlaggenwald Bohemiae.*
- - - crystallifatum hexaedrum caerulefcens. *E Antoni de Padua Schemnitzii Hung. infer.*
- - - crystallifatum hexaedrum rubescens. *E Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer.*
- - - crystallifatum hexaedrum, crystallis minimis aggregatis obscuro rubris, jaspide martiali tinctis. *Ibidem.*
- Quarzum crystallifatum hexaedrum pellucidum, utrinque acuminatum; in gypso indurato. *E Northumberland Angliae.*
- - - hexaedrum utrinque acuminatum. *E Lipnik prope Magurka ad montes Carpathicos Hungariae.*
- - - hexaedrum idem, crystallis decumbentibus. *E Przibram Bohemiae.*
- - - hexaedrum idem, columna e lamellis quarzosis pellucidis. *E Christinae fodina Schemnitzii Hungariae inferioris.*
- - - hexaedrum idem, crystallis aggregatis. *E Felsöbanya Hungariae inferioris.*
- - - hexaedrum idem, prismate intermedio longiore opaco albo. *Ex alte Hoffeneg ad Braunsdorf prope Freyberg Saxoniae.*
- - - hexaedrum idem inane flavescens. *E Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer.*
- - - hexaedrum utrinque acuminatum prismate nullo intermedio, rubescens, jaspide martiali tinctum. *Ibidem.*
- - - hexaedrum

- - - hexaedrum idem nigrescens, antimonio tinctum. *E Felsőbanya Hung. inferioris.*

Quarzum crySTALLISATUM hexaedrum acaule album pelucidum. *E Ratiborziz Bobemiæ.*

- - - hexaedrum acaule idem. *E Lautentbals Glück prope Lautbenthal Hercyniæ.*

- - - hexaedrum acaule, pyramide dimidiata inani. *E Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer.*

- - - hexaedrum acaule, crySTALLIS minimis aggregatis. *E Christinae fodina Schemnitzii Hung. infer.*

- - - hexaedrum acaule hyalinum, particulis albis opacis inclusis. *Gepuderte Drusen vulgo metallicolis audiunt. Ex Hutschenthaler Zug ad Wildemann Hercyniæ.*

- - - hexaedrum acaule hyalinum, particulis flavescens opacis inclusis. *E Bristoll Angliæ.*

- - - hexaedrum acaule amethysticum cortice flavescens. *E Schlaggenwald Bobemiæ.*

Quarzum crySTALLISATUM hexaedrum acaule album opacum, textura spatosa. *Vide Cronstedt §. 51. n. 3. E Northumberland Angliæ.*

Quarzum purum figuratum cristatum, cristis diaphanis inanibus. *E Pacherstolln Schemnitzii Hungariæ inferioris.*

- - - figuratum lamellosum, lamellis distinctis opacis lacteis, ita ut Quarzum videatur incisum. *Ex Andreasgang ad Joachimsthal Bobemiæ.*

- - - figuratum lamellosum incisum album, superficie crySTALLIS acaulibus tecta. *E Mies Bobemiæ.*

- - - figuratum lamellosum incisum amethystinum. *E Brennerstolln Schemnitzii Hung. infer.*

- - - figuratum membranaceum fuscum. *E Windischleiten ad Schemnitz Hungariæ.*

- - - figuratum membranaceum, membranis obscuro virescentibus crySTALLISATIS trigonis, superficie quarzo cylindrico virescente tincta. *E Finsterorth Schemnitzii Hungar. infer.*

- - - figuratum

- - - figuratum fibrosum album opacum, fibris longioribus distinctis. *E Silesia.*
- - - figuratum globulosum, globulis opacis inanibus, *E Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer.*
- - - figuratum ovatum pellucidum, infidet spato lamelloso calcario. *E Plumbifodina scara Grufuan ad Egeren prope Aggerhuus Norwegiæ.*
- - - figuratum vestigiatum, vestigiis impressis triquetris. *E Ratieborzix Bohemiæ.*
- - - figuratum vestigiatum opacum vestigiis impressis cubicis. *E Finsterorth Schemnitzii Hung. infer.*
- - - figuratum vestigiatum amethystinum subpellucidum, vestigiis impressis longioribus retrædriis. *E Brennerstolln ad Schemnitz Hung. infer.*

PSEUDOOPALUS opacus, radios ad superficiem emittens flavescentes, & viridescentes. *Oculus cati. Vide Wallerii System. mineral. Tom. I. pag. 283. E Persia adferri dicitur.*

CACHOLONIUS incrustans Chalcedonium. *Ex Alpibus Giganteis Bohemiæ.*

CHALCEDONIUS albo cærulescens globosus. *Ad littora Scotiæ.*

CARNEOLUS flavesceus & rubescens. *E fluvio Tom Sibiria.*

ACHATES chalcedonifans cærulescens. *Matrix venæ argentiferæ ad Altwoschitz Bohemiæ.*

PYROMACHUS fusco niger coralliformis cortice cretaceo. *Ad littora Maris Baltici.*

- - - flavesceus, fragmentis silicinis cum materia alba achatina in lapidem induratis. * *Prope Urbem Lund Scaniæ in Suecia.*

PETROSILEX

* Fragmenta Pyromachi in menstruo quodam dissoluta & demum coadunata fuisse videntur.

PETROSILEX flavo ruber, cum terra calcaria dentritica. *E Bagnariolo Territ. Patavini Italiae.*

- - - virescens, margine pellucido. *Vide Cronstedt §. 62. n. 4. In stratis asbestinis ad Leutschau Hungariae superioris.*

- - - fuscus. *Ex Hallstadt Austriae super.*

- - - fusco niger, particulis pyriticosis hinc indemixtus; *stratum, e quo fons salutaris das Mühlbad Thermanum Carolinarum scaturit.*

JASPIS ruber, sequitur venas argento nativo fectas, in *Jobannegeorgenstadt Saxoniae.*

- - - fusco ruber martialis, textura chalybea, venis quarzosis, & hæmatite cærulefcente variegatus. *Cronstedt §. 65. n. 2. E Longbanshütte Wermelandiae in Suecia.*

SPATUM SCINTILLANS, rubescens. *E venis cumulatis stannifodinae ad Geyer Saxoniae.*

- - - scintillans piceum virescens. *Pechstein * textura quarzosa. Ad Misnia Saxoniae.*

- - - scintillans piceum, rubescens. *Ibidem.*

- - - piceum cærulefcent subpellucidum. *E montibus Giganteis Bohemiae.*

- - - piceum flavo fuscum, cum ligno petrificato. ** *Reperitur in locis paludinosi ad Boonik Hung. infer.*

- - - piceum, nigrescens. *E Misnia Saxoniae.*

- - - piceum,

* Characteres chymicos hujus lapidis, ejusque historiam naturalem optime descripsit D. Christ. Pötz, in Actis Soc. æconomicae Lipsiensis, Tom. II. pag. 258. Differt a spato scintillante: fusione facillima in igne, quod particulis ferrugineis immixtis adscribendum; fractura partium glabra inæquali; facie externa & interna vitrea; textura vel quarzosa, vel achatina; marginibus subpellucidis; & denum: quod ad chalybem vix subscentillet.

** Lithoxylon quoque in lapidem piceum mutatum inter Phytolithos recensui.

- - - piceum, partim rubrum partim nigrum. *E Braunsdorf ad Freyberg Saxoniae* *.

G R A N A T I C I.

GRANATUS martialis crystallifatus, ruber opacus, dodecaedrus e planis rhomboidalibus. *E Kaiserberg in ofrizer Gericht Carinthiae.*

- - - martialis ruber crystallifatus, polyedrus, in jaspe viridi. *Islandiae.*
- - - martialis opacus ruber crystallifatus polyedrus, superficie aurea, in mica aurea. *E Villach Carinthiae.*
- - - martialis opacus fusco ruber crystallifatus polyedrus; in lapide serpentino. *E Zöblitz Saxoniae.*
- - - martialis crystallifatus idem; in mica fusca. *Ad montes Carpathicos Hungariae.*
- - - martialis crystallifatus idem; in mica argentata. *Ex Ebrenfridrichsdorf Saxoniae.*
- - - martialis crystallifatus idem; in mica virescente. *E novo Cuprimonte Wessmanniae in Suecia.*
- - - martialis crystallifatus idem; crystallis solutis rotundatis opacis. *Ex Anet ad Bleyberg Carinthiae.*
- - - martialis crystallifatus idem, crystallis minimis, in lapide ollari nigrescente. *Ex Handöl Fentiae in Suecia.*
- - - martialis crystallifatus nobilis, crystallis pellucidis, solutis rotundatis. *Passim in Bohemia ad littora fluminum occurrit.*

Granatus

* Ad hanc spati scintillantis speciem varii lapides in Parte I. hujus Indicis descripti, referendi sunt; praecipue vero: Argilla porcellana lubrica indurata, seu Porcellainstein pag. 36, & Argilla lubrica stillatitiaflavo rubra, ibidem.

Granatus martialis particulis granulatis figuræ indeterminatæ, rubro fuscus opacus, in quarzo albo pingui. *E Summerskog Sueciæ.*

- - - martialis idem, cum argilla particulis squamosis virescente. *Rupes in alpibus Carinthiæ constituit.*

BASALTES spatofus virescens opacus; in argilla indurata. *E Joannes Gang ad Bleystadt Boh.*

- - - spatofus viridis pellucidus. *E Gasstein in Territorio Salisburgensi.*

Basaltes lamellosus niger, in cupro flavo & ferro retractorio. *E Ralams Grufva in novo Cuprimonte Sueciæ.*

- - - lamellosus niger; in Quarzo. *E fodina Dorotheæ ad Bergstadt prope Tabor Boh.*

Basaltes fibrosus crystallifatus, fibris longioribus prismaticis virescentibus. *E Roset Carinthiæ.*

- - - fibrosus niger. *E Platte Bohemiæ.*

- - - fibrosus niger. *Ex Altenberg Saxonie.*

Basaltes fibrosus, fibris nigris capillaribus sparsis, in lapide ollari virescente. *E Salberg Wessmanniæ in Suecia.*

Basaltes crystallifatus columnaris tetraedrus niger. *E Liebenstein ad Egram Bohemiæ.*

- - - crystallifatus hexaedrus niger. In Quarzo & Mica. *Ad littus Muræ in Caslau prope Græcium Stirie.*

- - - crystallifatus idem; in Quarzo. *E Ratiborziz Bohemiæ.*

- - - crystallifatus idem; in lapide calcario. *Ex Eibenstok Saxonie.*

- - - crystallifatus hexaedrus virescens; in spato calcario & argilla indurata. *Ex Ostamberg in Norrberke Sueciæ.*

- - - crystallifatus niger, crystallis polyedris; in Trapezo nigro. *Ad Loboschiz Bohemiæ.*

- - - crystallifatus

- - - crySTALLIFATUS cæruleus, crySTALLIS polyedris; in minera cupri fusca picea. *E Maria Schütz Saska Bannat. Temesf.*
 - - - crySTALLIFATUS crySTALLIS lamellofis nigris hexaedris; in argilla indurata. *E Brennerstolln in Hoderitsch ad Schemnitz Hung. infer.*
 - - - crySTALLIFATUS, crySTALLIS lamellofis hexaedris; in Ochra ferri flavescente, *E fodina Fabiani Dognaska in Bannat. Temesiensi.*
-

A P Y R I.

ARGILLA PORCELLANA apyra alba pura. *E Bergamo Italliæ.*

- - - apyra alba pura. *E Mente Trento in Vicariatu Tiene, Territor. Vicentini Italliæ*.*
- - - apyra alba pura. *E Bostanga Sueciæ.*
- - - apyra nivea particulis lubricis. *E Saxonia.*

Argilla porcellana particulis heterogeneis martialibus mixta, albida. *E Bostanga Scanicæ in Suecia.*

- - - porcellana phlogisto mixta, cinerascens. *E Sirenz Alsatia superioris. ***

SMECTIS, seu Argilla porcellana lamellis minutissimis lubrica carnea, ungue rasilis. *Terra fullonum. E Salinelle prope Sommiere Langedoccie in Gallia.*

STEATITES,

* Ex hac Venetiis vasa porcellana parantur.

** Olim ad fictilia porcellana spuria (Fajence) adhibebatur.

STEATITES, seu terra porcellana particulis impalpabilibus indurata, solida, rubescens. *Ex Imperio Sinensi.*

LAPIS SERPENTINUS, seu Argilla porcellana indurata, particulis majoribus, nigra. *E Zöblitz Saxoniae.*

LITHOMARGA, seu Argilla subfriabilis subsquamosa alba. *E Johannegeorgenstadt Saxon.*

- - - alba, in saxo arenaceo. *E Stelzners Anfang ad Claustal Hercyniae.*

- - - flavescens. *Ad Dresdam Saxoniae.*

- - - variegata, polita. *Terra mirabilis Saxoniae. Ad Chemnitz Saxoniae.*

BOLUS, seu Argilla ore liquefscens, alba friabilis. *E Baden Helvetiae.*

- - - albus friabilis; *e Cava del Rio, in Insula d Elbo.*

- - - ruber. *Ibidem.*

- - - variegatus; Boli duodecim varii coris? *strata terrea, Lithoxylon ad Chemnitz Saxoniae effosum tegentia.*

BOLUS INDURATUS particulis impalpabilibus, caerulefscens. *E Monte di Loriento Territorii Vicentini Italiae.*

TERRA TRIPOLITANA scabra nitidula alba. *Ex Elterlein ad Schneeberg Saxoniae.*

- - - flavescens. *E Tripoli Africae.*

ARGILLA COMMUNIS plastica albida. *E Marlenheim Alsatie.*

- - - flavescens. *Ad Upsal Sueciae.*

- - - virefscens. *E Presnitz Bobemiae.*

- - - rubra. *Ex Hobndorf ad Schlakenwerth Bob.*

- - - rubra fale communi imprægnata. *E Salinis ad Hallstadt & Ischel Austria super.*
- - - cinerea, fale communi imprægnata. * *Ibidem.*
- - - communis plastica nigra, petroleo imprægnata. *E Lach in Valle Vileriana Alsatia.*
- - - communis plastica mixta, glareosa alba. ** *Ex Altsedlitsch Bobemia.*

Argilla communis indurata fissilis, superficie glabra. *E Salinis ad Hallstadt Austria super.*

- - - rubescens, fractura glabra. *Ad Thermas Carolinas Bobemie.*
- - - cinerea fissilis, *venas Lithantracum abrumpit in Anglia.*
- - - nigra fissilis tegularis, scriptura cana. *E Rottenburg prope Hallam Saxonie.*
- - - nigra fissilis particulis micaceis intime mixta. *Montes argentiferos ad Kongsberg Norvegiae constituit.*

M I C A C E I.

MICA lamellosa martialis, lamellis majoribus argentatis. *Ex Elfdoblen Wermlandia in Suecia.*

- - - lamellosa martialis, lamellis majoribus argentatis coadunatis. *E montibus supra Thermas Venatii Ducat. Pedemontani.*
- - - lamellosa martialis, lamellis minoribus argentatis in Quarzo albo opaco. *E Schlaggenwald Bobemie.*

- - - lamellosa

* Argilla cinerea & rubra fale communi imprægnata, Salinas Austriae super. cingit, & ibidem Lebergebirg dicitur.

** Originem debet Graniti fatiscenti.

- - - lamellosa martialis, flavo aurea, lamellis rotundatis solutis. *Ex Epinal Lotbaringiæ.*
 - - - squamosa fusca, squamis minimis, Quarzo albo opaco glandulatum immersis. *E Schlaggenwald Bohemiæ.*
-

FLUORES MINERALES.

FLUOR MINERALIS, pellucidus albus, particulis impalpabilibus. *E Grasliz Bohemiæ.*

- - - albus & viridis, figuræ indeterminatæ. *E Gislöf prope Cimbrishann Scaniæ in Suecia.*
- - - albus & cæruleus, figuræ indeterminatæ. *E Derby Angliæ.*
- - - cæruleo albus opacus lamellosus. *E Freyberg Saxoniæ. **
- - - crystallifatus cubicus pellucidus. *Ad Derby Angliæ.*
- - - crystallifatus cubicus albus, cubis angulorum truncatis. *Ibidem.*
- - - crystallifatus cubicus flavescens pellucidus, includens Pyritem crystallifatum cubicum. *Ibid.*
- - - crystallifatus cubicus flavus pellucidus. *E Dimplemine ad Matlokbath Angliæ.*
- - - crystallifatus cubicus flavus colore topasino. *E Freudenstein ad Freyberg Saxoniæ.*
- - - crystallifatus cubicus cærulescens cum Quarzo crystallifato. *E Danielis fodina Germaniæ in Alsatia.*
- - - crystallifatus cubicus cæruleus, cubis spato calcario crystallifato obductis. *Ex Allainschid in Northumberland Angliæ.*

G 2 - - - crystallifatus

* Ibidem Petuntsee dicitur, & ad fictilia porcellana Misniæ adhibetur.

- - - crystallifatus cubicus cæruleus opacus; infidet
Quarzo crystallifato. *E Schlaggenwald Bobemiae.*
- - - crystallifatus cubicus violaceus. *Ad Derbii
Angliæ.*

A S B E S T I N I.

ASBESTUS corticosus membranaceus, membranis tenuissimis papyraceis albis, figuris dendriticis fuscis pictus; tegit spatium calcarium lamellosum, lamellis papyraceis tenuissimis albis, iisdem figuris dendriticis pictum. * *E fodina Christiani VI. ad Kongsberg Norvegiæ.*

Asbestus corticosus membranaceus, membranis flexilibus albis. *Papyrus montana. E 106. Orgyarum profunditate Idræ in Carniola.*

- - - corticosus, membranis parallelis fuscis. *E Townriffe in Aberdeenshire Scotiæ.*

- - - corticosus membranaceus niger. *In montibus vulcanis Vicentinis ad strata Lithantracum reperitur, & ibidem libro del Diavolo dicitur.*

- - - corticosus membranaceus, membranis parallelis virescentibus, cum Asbesto fibroso fibris parallelis flexilibus; in argilla indurata. *E Rosette Carinthiæ. ***

Asbestus fibrosus albus fibris flexilibus. *Ibidem.*

- - - fibrosus albus, fibris tenuissimis flexilibus longissimis. *E Silesia.*

- - - fibrosus

* An natus hic e spato calcario Asbestus? Id certo suspicari licet juxta observationes Cl. Wallerii in System. mineral. Tom. I. pag. 400. & sequ.

** Ad furnos fusorios struendos hoc Asbesto utuntur Carinthi.

- - - fibrosus albus, fibris brevioribus separatis. *E monte di Lanzo Ducat. Pedemontani.*
- - - fibrosus virescens, fibris concentratis; in Bolo rubro. *E Cava del Rio Insula d'Elbo.*
- - - fibrosus virescens, fibris connatis rigidis opacis. *E Mezzemile Duc. Pedemont.*

Z E O L I T H I C I.

ZEOLITHUS spatofus albus, superficie terra virescenti tecta. * *E Ferroe.*

- - - spatofus albus, superficie zeolithica rubra spatosa. *E monte Schio Territorii Veronensis in Italia.*

M A N G A N E N S E S.

MAGNESIA fibrosa, indurata fibris longioribus concentratis. *E monte Sivelina in Insula Scios Archipelagi.*

- - - crySTALLIFATA, crySTALLIS prismaticis tetraedris, oblique truncatis. *Ex Illmenau Saxoniae.*

Magnesia rubro fusca, particulis impalpabilibus, friabilis. *Ex Uptonpine prope Urbem Exeter Angliae.*

Spuma Lupi, seu Magnesia parva portione Martis & Jovis mixta. *Wolfram. radiata, radiis crySTALLIFATIS fasciculatim concentratis, colore plumbeo. E Territorio Blankenburgensi Saxoniae.*

* Terra hæc virescens sæpissime comitatur Zeolithum & Chalcidonium.

ACIDUM VITRIOLI cupro saturatum cæruleum.
E Salatbna Transilvaniae.

Vitriolum album, stillatitium opacum, superficie arida. *Vitriolum zinci. E fodina Annæ Cremnizii Hung. infer.*

Vitriolum capillare album. *E Rammelsberg Hercyniae.*
 - - - capillare album, insidet argillæ nigræ. *Ex Idria Carniolæ.*

Vitriolum in terra argillacea cinerea, cum crySTALLIS gypseis. *E Lambertsloch Alsatiæ inferioris, ubi arenam Petroleo impregnatam tegit.*

- - - in terra cinerea. *Ex Idria Carniolæ.*

ALUMEN nativum stillatitium albidum. *E Dirnbach ad Schladming Stiriae.*

Schistus aluminosus ater superficie speculari. *E fodina mineræ aluminaris ad Urbem Christiania Norvegiæ.*

- - - aluminosus ater. *Veichenbach inter & Plauen Saxonie.*

MURIA COMMUNIS, alcali fixo minerali saturata, pellucida, alba, particulis spatosis. *E lacu Baical Sibiriae.*

Sal montanum album pellucidum. *E Salinis ad Ischel Austriae superioris.*

- - - album pellucidum includens argillam. *E Salinis ad Aussee. Ibidem.*

- - - cinerascens subpellucidum. *E Salinis ad Ischel. Ibidem.*

- - - cinerascens opacum, superficie erosa. *Ibidem.*

Sal montanum virescens pellucidum. *E Külbwöbr ad Hallstadt Austriae superioris.*

- - - virescens

- - - virescens opacum. *Ibidem.*
- - - cæruleum diaphanum, in gypso nigricante. *E Wüßberg ad Hallstadt. Ibidem.*

Sal montanum crystallisatum pyramidale, e cubis compositum subtus cavum; *Labbschüßeln. E receptaculis refrigeratoriis Aquæ salinæ coctæ sponte præcipitatur in Salinis Austriæ superioris.*

- - - crystallisatum cubicum flavescens pellucidum. Cubi solitarii in argilla cinerea sparsi, *Metallicis Kropffalz. Ex Hallstadt Austr. super.*
- - - crystallisatum cubicum flavescens pellucidum, cubis aggregatis. *Ibidem.*
- - - crystallisatum cubicum rubrum, in argilla cærulescente. *Ibidem.*
- - - crystallisatum cubicum rubrum, in argilla nigra. *Ibidem.*
- - - figuratum nodulosum pellucidum album. *Salzblühe. Ibidem.*
- - - figuratum nodulosum opacum album. *Ex Hallstadt Austriæ superioris.*
- - - figuratum stillatitium cylindricum opacum album. *Ibidem.*
- - - figuratum stillatitium planum superficië undulata. *Ibidem.*
- - - figuratum capillare album, capillis solutis. *Ibid.*
- - - figuratum fibrosum album subpellucidum, fibris brevissimis parallelis coadunatis. *E Salinis ad Ischel Austr. superioris.*
- - - figuratum fibrosum idem, fibris longioribus, *Ibidem.*
- - - figuratum fibrosum, fibris abruptis. *Ibidem.*
- - - figuratum fibrosum carneum, subpellucidum, fibris minimis. *Ibidem.*
- - - figuratum idem fibris longissimis, *Ibidem.*

PHLOGISTA MINERALIA.

SUCCINUM flavescens diaphanum, includens guttas plurimas aquæ. *Borussiæ.*

- - - album opacum dendriticum. *Ibidem.*

Humus Naphta imprægnatus, particulis impalpabilibus, fuscus inquinans. * *E Brunnbach ad Borna Saxonie.*

PETROLEUM, *Cronstedt* §. 148, fuscum foetidum, in arena. *E Lampertsloch Alsatiæ inferioris.*

Petroleum, in argilla nigra. *E Lach in Valle Villeriana Alsatiæ.*

PETROLEUM TENAX nigrum. *Cronst.* §. 149. *Maltba.* In argilla indurata. *E Wolfstein Palatinatus inferioris.*

- - - nigrum tenax, in marga indurata fissili nigrescente. *E cuniculo profundissimo Caroli Borromæi in Rabel Carinthiæ, ubi Oeblstein appellatur.*

PIX MONTANA pura nigra, in quarzo amorpho. *E Wolfstein Palatinatus infer.*

- - - nigra pura, in lapide calcario albescente. *Ex Isola di Bua Dalmatiæ.*

SULPHUR nativum citrinum, in gypso spatoso. *E Vex Territ. Bernensis Helvetiæ.*

- - - rubro flavum, in quarzo opaco albo. *E Felsőbanya Hung. super.*

- - - flavum crystallifatum, crystallis polyedris, in scoria Vulcani destructa friabili. *E Solfatara Neapolis.*

PYRITES

* Odorem Succini in igne spargit.

PYRITES flavescens, textura æquali, in lapide ollari virescente. *E fodina pyritacea in Parochia Sandsword Norvegia.*

- - - flavescens, textura æquali, superficie speculari. *E Rammelsberg Hercynia.*

Pyrites superficialis flavus, in saxo e quarzo & argilla nigra indurata. *Ad Kongsberg Norvegia.*

- - - superficialis coloratus, in quarso puro eroso albo. *E Finsterorth in Hodritsch ad Schennitz Hung.*

- - - superficialis coloratus, in fluore minerali albo & virescente. *E Freudenstein ad Freyberg Saxon.*

- - - Pyrites flavescens textura granulata. *E Bernstein Comitatus. Castriferriensis Hungaria.*

- - - textura granulata, in spato calcario. *E Catharina Neufang ad Andreasberg Hercynia.*

- - - idem; in argilla indurata nigra ligniformi. *E Rammelsberg Hercynia.*

- - - idem; in Schisto inflammabili nigro. *E Glasbütte ad Schennitz Hung. infer.*

Pyrites crystallifatus crystallis trigonis coloratis in gypso spatofo lamelloso. *E Zille ad Clausthal Hercynia.*

- - - crystallifatus cubicus, cubis solitariis, in spato calcario crystallifato. *E Belobanya Hungaria inferioris.*

- - - cubis solitariis; in terra calcaria indurata nigra fuilla. *E Kosor ad Pragam Bobenia.*

- - - cubis; argillæ induratæ virescenti immerfis. *E Neudorf ad Schmölitz Hung. super.*

- - - cubicus, cubis imbricatis; in argilla indurata. *E Pacherstolln Schennitzii Hung. infer.*

- - - idem cubis majoribus imbricatis. *Ex Eisenärz Stiria.*

- - - idem, cubis inordinatim aggregatis nitentibus; *e Pauli fodina Dognaskæ Banat. Temes.*

Pyrites crystallifatus, dodecaedrus, in argilla indurata virescente. *E ditione Bergamensi Italiae.*

- - - crystallifatus, polyedrus, superficie nitente cum
quarzo crystallifato hexaedro in spato calcario albo.

E cuniculo fodinae Ilse ad Kongsberg Norvegiae.

- - - crystallifatus, crystallis polyedris. *E Theresiae
Schacht Schemnitzii Hung. inferioris.*

Pyrites figuratus lamellosus, lamellis ita dispositis, ut
Pyrites cultro incisus fuisse videatur. *E Joachims-
thal Bohemiae.*

- - - lamellosus, lamellis trigonis, in fluore mine. ali.
Ad Derby Angliae.

- - - lamellosus, lamellis tetraedris. *E Grosseoker
Hercyniae.*

- - - lamellosus, lamellis tetraedris, in prisma cre-
natum ordinatis; in Plumbo compacto. *E Nor-
thumberland Angliae.*

- - - lamellis minimis hexaedris, inordinatim aggre-
gatis, in quarzo crystallifato. *Ad Derby Angliae.*

- - - idem, in galena crystallifata, *E Petri & Pauli
fodina in Kapnik Transilvaniae.*

- - - idem in quarzo. *E Freyberg Saxoniae.*

- - - lamellosus, lamellis orbicularibus aggregatis.
E Pacherstolln Schemnitzii Hung. infer.

- - - lamellosus, lamellis orbicularibus, superficie
colorata. *E Johannegeorgenstadt Saxoniae.*

Pyrites figuratus stillatitius nitens, in argilla indurata.
E Buscher Seegen ad Zellerfeld Hercyniae.

- - - stillatitius cylindricus, cylindris contortis ru-
gosis vermicularibus, in quarzo albo opaco puro.
E Franciscistolln in Kapnik Transilvaniae.

- - - stillatitius botryites, superficie hinc inde cry-
stallifata, crystallis pyramidatis tetraedris & triedris.
Ad Hexem in Northumberland Angliae.

- - - figuratus globulosus reniformis. *E Joachims-
thal Bohemiae.*

PYRITES AQUOSUS colore rubescente, textura chalybea; in Ochra ferri nigra. *E Cava del Rio in Insula Elbe.*

- - - aquosus in terra calcaria indurata nigra fuilla. *E Kosorx ad Pragam Bobemiæ.*

- - - aquosus reniformis. *E Pago Folvard montium Carpath. Hung.*

- - - aquosus rubescens solidus amorphus attractorius. *E Taisolz in Comit. Soliensi Hung.*

LITHANTRAX fissilis nigra solida. *E monte di Viale in Territ. Vicentino Italie.*

- - solida nigra. *E Lach, Vallis Villerianæ Alsatiæ.*

- - - solida nigra. *E Schreibersdorf, Comitatus Castroferriensis Hungariæ.*

- - - solida nigra, pyrite adspersa. *Ex Anglia.*

- - - solida cum pyrite. *E Wilkeschen circuli Plsnensis Bobemiæ.*

Lithantrax majori portione argillæ & acido Vitrioli imbuta. *Kolm Cronstedt §. 159. E Tetschen Bob.*

- - - eadem; Tyrolis.

Lithantrax fissilis phlogisto, & minore portione acidi Vitrioli imbuta. *Brandschiefer Cronstedt §. 160. E Provincia Wallis Angliæ.*

METALLA PERFECTA.

Aurum.

AURUM NATIVUM nudum capillare capillis brevissimis in argento vitrato. *E Wind Schacht ad Schemnitzium Hung. infer.*

- - - nudum

- - - nudum capillare; in quarzo & argento rubro.
Ex Hof ad Schemnitzium. Ibidem.

Aurum nudum, solidum granulatum, in argento rubro. *E Boitza Transilvaniae.*

- - - solidum bracteatum lamellosum, in pyrite arsenicali. *E Radlik ad Eula Bobemicae.*

- - - solidum bracteatum, lamellis maximis, superficie crystallisata, crystallis trigonis, pyrite stillatio incrustatis * in quarzo puro albo. *Ex Adrubanya Transilvaniae.*

Aurum nudum fluviatile particulis minimis, in arena fragmentis silicinis mixta. *E Rbeno.*

- - - nudum fluviatile, in arena heterogenea, difformi angulata. *E Rivo, di Göldisch ad Lengerfeld Voigtlandiae.*

AURUM LARVATUM, seu granulatum nativum in mineris latens, lavando educendum; in quarzo impuro superficie denticata. *E Franciscistolln Cremnizii Hung. infer.*

- - - in galena plumbi. *E Nagyag Transilvaniae. ***

- - - in faxo metallifero galena intertexto. *E montibus ad Borkura Transilvaniae.*

AURUM MINERALISATUM, nonnisi igne educendum, antimonio plumoso intertextum. *E Nagyag Transilvaniae.*

- - - idem, sandaraca mixtum. *Ibidem.*

- - - minerisatatum Pyrite fatifcente. *E cuniculo lauretano ad Facebaj Transilv.*

- - - Pyrite mineralisatum, in argilla indurata nigra. *Ex Edelfors Sueciae.*

- - - idem, in quarzo. *Ex Edelfors Sueciae.*

- - - idem,

* Vestigia crystallorum auri, Pyriti incrustanti quoque impressa sunt.

** Non nisi rarissime Nagyagii occurrit.

- • • idem, in quarzo impuro. *Ibidem.*
- • • idem, in quarzo. *E Magurka Hungariæ.*
- • • idem, in quarzo. *Ad Rimazombat Hungar.*
- • • idem, in arena quarzosa, glutine martiali. *E cuniculo Lauretano ad Facebaj Transilvanie.*
- • • Pyrite mineralisatum. *E Schulderbau ad Muhrwinkel Ditionis Salisburgensis.*
- • • idem in galena & quarzo. *E Mandling ad Schladming Stirie.*
- • • idem in galena & quarzo. *E Fusch ditionis Salisburgensis.*
- • • Pyrite mineralisatum, in Pyrite aquoso. *Ex Edelfors Sueciæ.*
- • • idem, in Pyrite ochra ferri mixto. *Ibid.*

A R G E N T U M.

ARGENTUM NATIVUM, purum compactum; in steatite rubro & gypso spatoso. *Ex Himmelfürst ad Freyberg Saxonie.*

- • • in saxo composito e mica quarzo & lithomarga. *Ibidem.*
- • • membranaceum superficiale, in cupro vitrato. *E Kongsberg Norvegiæ.*
- • • membranaceum superficiale, membranis undique argillæ induratae fissili nigrescenti incumbentibus. *E fodina Christiani Regis VII. in Kongsberg Norvegiæ.*
- • • membranaceum superficiale, flavescens auro dives; in quarzo impuro eroso. * *E Neusegen Gottes ad Kongsberg Norvegiæ.*

• • • membranaceum

* Argentum nativum, vel mineralisatum, ubi Matrici vitrescenti Ochra ferri tinctæ inhæret, vix non semper auriferum est.

- - - membranaceum superficiale; in saxo vire-
fcente, e mica & quarzo intime mixtis, com-
posito. *E fodina Ducis Ulrici Kongsbergæ in Nor-
vegia.*
- - - membranaceum superficiale; in quarzo albo
opaco particulis granaticis minimis flavescentibus
intime mixto. *E Fräulein Cbristiana Kongsbergæ
in Norvegia.*
- - - membranaceum superficiale; in saxo e quarzo,
mica, & granatis composito. *Ibidem.*
- - - membranaceum, membranis tenuissimis friabi-
libus spato calcario granoso intertextis. *Buttermil-
schertz metallicis dicitur. Ex alten St. Görgen Her-
cyniæ.*
- - - membranaceum, bracteatum, cum galena &
cupro flavo argentifero, in argilla indurata nigra,
& spato calcario. *E fodina Gott hilf in der Noth,
Konsbergæ in Norvegia.*
- - - membranaceum, bracteatum cum argento ru-
bro superficiali, in spato calcario. *Ibidem.*
- - - membranaceum bracteatum, in quarzo & gale-
na. *Ad Budweis Bobemiæ.*
- - - membranaceum bracteatum, cum spato calcario
albo, & fluore minerali cærulescente. *E fodina
sylvæ Skaræ ad Kongsberg Norvegiæ.*
- - - membranaceum bracteatum, cum pyrite flave-
fcente, & fluore minerali, in spato calcario albo.
Ex armen Grube Kongsbergæ in Norvegia.
- - - membranaceum bracteatum, in Ochra cobalti
nigra, rubra, & viridi. *Ex Almond in Delphinatu
Galliæ.*
- - - membranaceum bracteatum, cum argento vi-
treo superficiali; in Ophite cærulescente. *E fodina
sylvæ Skaræ ad Kongsberg Norvegiæ.*
- - - membranaceum bracteatum, e bracteolis trigo-
nis argenti nativi compositum, cum membranis ar-
genti

genti vitri eodem modo crystallifatis * in spato calcario. *E fodina Erbprinz Fridrich Kongsbergæ in Norvegia.*

Argentum nativum granulatum, in argilla arsenicali.

E Creisdorf Bavariæ.

- - - nativum granulatum, cum Cobalto, Niccolo, Ferro, & Arsenico in argilla cinerea. *E Normarken Sueciæ.*

- - - nativum capillare, capillis brevissimis, e spato calcario albo prominulis. *Bürstertz. E fodina Regine Annæ Sophiæ in Kongsberg Norvegiæ.*

- - - capillis brevissimis, e vena calcaria spatosa, tres pollices lata, prominentibus; in argilla indurata nigra. *E fodina Regis Christiani VII. Kongsbergæ in Norvegia.*

- - - capillis brevissimis idem, in spato calcario albo. *E gelobten Land ad Freyberg Saxonie.*

- - - capillis brevissimis idem, in gypso spatoso nigrescente. *E Friedenfeld ad Joachimsthal Bob.*

- - - capillis brevissimis in gypso spatoso, ochra cobalti nigra tincto. *E Sophia Duc. Wirtemberg.*

- - - capillis brevissimis, in Vismutho nativo. *E fodina ad flumen Kobberwald Norvegiæ.*

- - - capillis brevissimis in Cobalto mineralifato. *Ex Eva Apfelbaum ad Joachimsthal Bohem.*

- - - capillis brevissimis in Cobalto albo. *E weissen Hirsch in Schneeberg Saxonie.*

- - - capillis brevissimis in galena & spato calcario. *E Bergmannstrost ad Andreasberg Hercyniæ.*

Argentum capillare, capillis tenuissimis, fibras byssi imitantibus, niveis, friabilibus. ** *Lappicht Silber a metallicis appellatur, in argilla indurata fissili flavescente.*

* Crystalli hæ trigonæ argenteæ, e superficie lamellarum eminentes, omnino conveniunt cum lamellis crystallifatis auri nativa supra descriptis.

** Comitatur argentum corneum.

flavescente. *E Georg Wagsfort in Jobannegeorgenstadt Saxon.*

Argentum nativum capillare, capillis longioribus, in spato calcario albo. *E Ferdinandi Schacht Schemnizii Hung. infer.*

- - - capillare in Ophite. *E Segez Gottes Kongsbergæ in Norwegia.*

- - - capillare cum Pseudogalena in Ophite cærulescente Lithomarga viridi mixto. *Ibidem.*

Argentum nativum dendroides, in spato calcario, cum argento vitreo. *E Matthei Stolln Schemnizii Hungar. inferioris.*

- - - dendroides, in argilla indurata, quarzo mixta. *E Windischleuten ad Schemnizium Hung. infer.*

- - - dendroides, in saxo e quarzo, mica, & lithomarga. *E Morgenstern Freybergæ in Saxonia.*

- - - dendroides, cum Ochra Cobalti rubra, & spato calcario, in Petrofilice cinereo. *E fodina Regis Christiani VI. ad Kongsberg Norvegiæ.*

- - - dendroides ramulosum, ramulis ochra ferruginea obductis, in Trapezo aceroso cærulescente. *E fodina Reginae Julianæ Mariæ, Kongsbergæ in Norvegia.*

- - - dendroides. Ramulus crassior, plus quam pedem longus, superficie angulata striata. *E Gottbils in der Noth, Kongsbergæ in Norvegia.*

ARGENTUM VITREUM lamellosum, superficie colorata, in quarzo. *E Siegelsberg ad Schemniz Hungariæ inferioris.*

- - - vitreum lamellosum, cum argento nativo dendritico, in argilla indurata nigra, spato calcario mixta. *Ex Ilse Grube Kongsbergæ in Norwegia.*

Argentum vitreum solidum in spato calcario. *Ex Himelfürst Freybergæ in Saxonia.*

- - - vitreum solidum, incrustatum spato calcario albo. *Ex Hof ad Schemniz Hungariæ.*

--- solidum

- - - solidum, in gypso spatoso rubro cum Pseudogalena nigrescente. *E Gottbelf Schaller in Johanngeorgenstadt Saxoniae.*
- - - solidum, in argilla communi plastica cinerea. *E Joachimsthal Bohemiae.*
- - - solidum, in Pseudogalena nigra compacta. *E Namen Jesusstolln Schneebergæ in Saxoniae.*
- - - solidum, in minera argenti rubra. *E Kübgang fodinæ die Einigkeit in Joachimsthal Bob.*

Argentum vitreum crystallisatum, cubicum, in quarzo ferrugineo. *E Siegelsberg Schennizii Hungariæ inferioris.*

- - - vitreum crystallisatum, crystallis octoedris aluminaribus perpendiculariter sibi impositis. *E Gnade Gottes & Neujahrsmaassen in Johanngeorgenstadt Saxoniae.*
- - - vitreum crystallisatum, crystallis orbicularibus in galena. *E Windschacht Schennizii Hungariæ inferioris.*
- - - vitreum crystallisatum, crystallis polyedris, in galena. *E Ratiborziz Bob.*

Argentum vitreum granulatum, in Petrofilice rube-
scente. *E Rosa von Jericho in Joachimsthal Bob.*

- - - vitreum porosum spumæforme, impressionibus unguis facillime cedens, in Petrofilice cinereo. *E fodina Regis Christiani VII. Kongsbergæ in Norvegia.*
- - - vitreum stillatitium, in quarzo textura granulata. *E Siegelsberg ad Schennizium Hung. infer.*
- - - vitreum reticulatum, in gypso spatoso, & fluore minerali. *E Morgenstern ad Freyberg Sax.*
- - - vitreum capillare in spato calcario flavescente pellucido. *Ex Himmelsfürst Freybergæ in Saxoniae.*
- - - vitreum capillare inclusum quarzo crystallisato hexaedro pellucido. *E Kongsberg Norvegiæ.*

- - - vitreum capillare, in Pyrite. *E Ratiborsiz Bobemie.*

ARGENTUM RUBRUM mineralifatum sulphure & arsenico; superficiale, in arsenico testaceo. *E Catharina Neufang ad Andreasberg Hercyniæ.*

- - - rubrum, superficiale, in arsenico testaceo. *E St. Marie aux Mines Alsatiæ.*
- - - rubrum, superficiale in galena. *E Catharina Neufang ad Andreasberg Hercyniæ.*
- - - superficiale colore cinnabarino, in quarzo & spato calcario. *Ibidem.*
- - - superficiale dendroides, colore sandaracino, in argilla indurata & spato calcario. *E St. Marie aux Mines Alsatiæ.*

Argentum rubrum solidum amorphum, in arsenico testaceo, galena, & sandaraca. *E Samson ad Andreasberg Hercyniæ.*

- - - rubrum granulatum, in gypso spatoso lamelloso. *E Windischleuten ad Schemnitzium Hungariæ inferioris.*
- - - rubrum granulatum, in spato scintillante rubro & galena. *E Brennerstolln ad Schemnitzium Hungariæ inferioris.*
- - - rubrum granulatum; in quarzo impuro. *E Finsterorth Schemnitzii Hung. infer.*
- - - rubrum granulatum, in quarzo opaco lacteo. *Ex Annæ Schacht Cremnitzii Hung. infer.*
- - - rubrum granulatum, in quarzo & pyrite. *E Mathiæ Schacht Cremnitzii. Ibidem.*
- - - rubrum granulatum, in quarzo & pyrite. *E Wenceslai Stolln Boitzæ in Transilv.*
- - - rubrum granulatum, cum argento vitreo in Trapezo nigro. *E kleinen Tonerl fodinæ die Einigkeit, in Joachimsthal Bobemie.*
- - - rubrum granulatum, in saxo metallifero. *E Finsterorth ad Schemnitz Hung. infer.*

--- rubrum

- - - rubrum granulatum, in cobalto reticulato. *E Marienberg Saxoniae.*

Argentum rubrum crystallifatum, crystallis trigonis pyramidatis aggregatis; in pyrite arsenicali. *Ex Andreasberg Hercyniae.*

- - - rubrum crystallifatum, crystallis tetraedris prismaticis truncatis; in pyrite eroso. *Ex Einigkeit in Joachimsthal Boh.*

- - - rubrum crystallifatum, crystallis hexaedris, in quarzo inciso. *E Brennersstolln ad Schemnitz Hungar. infer.*

- - - rubrum crystallifatum, crystallis polyedris, in spato calcario crystallifato. *E Catharina Neufang ad Andreasberg Hercyniae.*

- - - crystallifatum, crystallis minimis cinnabarinis polyedris in argilla indurata. *E neue Jahrsmaassen in Johannegeorgenstadt Saxoniae.*

- - - crystallifatum, crystallis polyedris, in quarzo crystallifato. *Ex Anna Schacht Cremonizii Hungar. inferioris.*

- - - crystallifatum, crystallis polyedris, in quarzo albo opaco. *Ex Andreasberg Hercyniae.*

- - - crystallifatum, crystallis polyedris, in quarzo granulato. *Ex neu Segen Gottes Hercyniae.*

- - - crystallifatum, crystallis polyedris, in quarzo lamelloso, & argilla indurata fusca. *E Brennerstolln ad Schemnitz Hung. infer.*

ARGENTUM ALBUM arsenico & cupro sulphurato mineralifatum tritura albida, solidum amorphum, in spato calcario albo. *E St. Marie aux Mines Alsatiæ.*

- - - album amorphum solidum, in spato calcario crystallifato. *E Busches Segen ad Zellerfeld Hercyniae.*

- - - album amorphum, in spato calcario crystallifato. *E neuen König Ludwig ad Andreasberg Hercyniae.*

- - - album amorphum, in spato calcario & argilla indurata. *E silbernen Beer. Ibidem.*
- - - album amorphum, in spato calcario & argilla indurata. *E Gnade Gottes, ibidem.*
- - - album amorphum, in spato calcario & argilla indurata. *E Thurm Rosenhof ad Clausthal Hercyniæ.*
- - - amorphum solidum, in spato calcario & ochra cobalti. *E Francisci neu Alpen ad Schladming Stiria.*
- - - amorphum solidum, in spato calcario & galea. *E Theodora Hercyniæ.*
- - - amorphum solidum. in spato calcario & galea. *E neuen Segen Gottes Hercyniæ.*
- - - amorphum solidum, in quarzo puro opaco albo. *E Maria Hülf Schacht Cremlizii Hung. infer.*
- - - amorphum solidum, in quarzo albo opaco. *E Neuboffnung Gottes ad Braunsdorf prope Freyberg Saxonie.*
- - - amorphum solidum in quarzo opaco. *E braune Lilie ad Clausthal Hercyniæ.*
- - - amorphum solidum, in quarzo albo & fluore minerali. *E Segen Gottes ad Gersdorf prope Freyberg Saxonie.*
- - - amorphum solidum, in quarzo opaco & gypso spatoso. *E St. Georg Freudenstadt Ducatus Wirtembergensis.*
- - - amorphum solidum, in fragmentis rotundatis quarzi arenacei friabilis. *E Ring & silber Schnur ad Zellerfeld Hercyniæ.*
- - - amorphum solidum, in spato scintillante flavesciente, & Pseudogalea. *E Kapnik Transilvania.*
- - - amorphum solidum, in fluore minerali cærulescente. *E Morgenstern ad Freyberg Saxonie.*
- - - amorphum solidum, in saxo e quarzo & mica composito. *E trokenen Brod ad Schladming Stiria.*
- - - amorphum solidum, in saxo & quarzo & mica composito. *E Brandler Bau ad Schladming Stiria.*
- - - amorphum

- - - amorphum solidum, in saxo e quarzo & mica composito. *E Zink Wande ditionis Salisburgensis.*
- - - amorphum solidum, in saxo & quarzo, mica, & lithomarga composito. *E Dorothea ad Ratiborziz Bobemiæ.*
- - - amorphum solidum, in lapide arenaceo rubescente. *E Baron Fridrich ad Mörschelandsberg, Ducat. Bipontini.*
- - - amorphum solidum, in galena. *E Güte Gottes und Davidstolln ad Scharffenberg Saxonie.*
- - - amorphum solidum, in galena. *Ex Himmelsfürst ad Freyberg Saxonie.*
- - - amorphum solidum, in galena. *E Dorothea ad Clausthal Hercyniæ.*
- - - amorphum solidum, in Ochra ferri indurata. *E Windischleuten Scheminizii Hung. infer.*
- - - amorphum solidum, in Ochra ferri fusca indurata. *Ex eiserne Joannes ad Carnsdorf Saxon.*
- - - amorphum solidum, in ferro spatioso. *E vorderen Gigler ad Schladming Stirie.*
- - - amorphum solidum, cum Ochra Cobalti rubra, in Cobalto mineralisato. *E Schladming Stirie.*
- - - amorphum solidum, in Ochra Cobalti fusca indurata. *E Pelican ad Salfeld Thuringiæ.*
- - - amorphum solidum, cum Ochra Cobalti virescente, & Ochra cupri cærulea. *E Mehlbach, in ditione Nassovica Usingensi.*
- - - amorphum solidum, in arsenico testaceo nudo, *E St. Marie aux Mines Alsatiæ.*

Argentum album figuratum lamellosum, lamellis polymorphis. *Gemeine Graupen Metallicis audiunt. E Frankenberg Hassiæ.*

- - - album figuratum idem, in argilla nigra, carboni simili. *Koblen Graupen. E Frankenberg Hassiæ.*
- - - album figuratum fungiforme. *Schwämme Metallicis dicuntur. Ibidem.*

Argentum album crystallifatum, crystallis trigonis pyramidatis erectis, superficie Ochra cupri, virescente tecta; in quarzo puro amorpho. *E St. Marie aux Mines Alsatiæ.*

ARGENTUM NIGRUM, Cupro, Arsenico, & Ferro sulphuratis mineralifatum, fragile; in spato calcario flavescente friabili & quarzo. *E Theresiæ fodina Schemnitzii Hungar. infer.*

- - - nigrum fragile, *Sprödes Glaserz* in quarzo. *E Lorenz Gegentrum Freybergæ in Saxonia.*
- - - nigrum fragile, *Röschgewächs*, in quarzo lamelloso inciso albo. *E Finsterorth Schemnitzii Hungariæ inferioris.*
- - - nigrum fragile, in saxo metallifero. *E neu Antoni de Padua Stolln ad Schemnitz Hung. infer.*
- - - nigrum fragile, in cobalto & spato calcario. *E jungen Fabian & Sebastian ad Freyberg Saxon.*
- - - nigrum fragile, in argento rubro & quarzo impuro. *E Brennerstolln ad Schemnitz Hungariæ inferioris.*
- - - nigrum fragile, in argento vitreo. *E Andreasgang in Joachimsthal Bohemiæ.*

ARGENTUM ANTIMONIALE Antimonio sulphurato mineralifatum, solidum. *Ex hobe Alpen ad Schladming Stiriciæ.*

- - - antimoniale fibrosum, in quarzo & argento arsenicali. *Ex Hoffnung Gottes ad Braunsdorf Saxoniæ.*

ARGENTUM AUT LARVATUM AUT MINERALISATUM, terris immixtum, in Asbesto lamelloso fusco rubro. *Lebmanss chemische Schriften Dissert. 7. cum quarzo & galena, E Carolina ad Clausthal Hercyniæ.*

- - - in Asbesto eodem, tingente quarzum crySTALLI-
fatum. *E Dorothea ad Clausthal Hercyniæ.*
- - - in Asbesto eodem superficiali, tegente spatium
calcarium. *Ibidem.*
- - - in Pyrite. *E Budweis Bobemiæ.*
- - - in Pyrite. *Ex Hof ad Schemnitz Hungariæ in-*
ferioris.
- - - in Pyrite. *E Wilbelmi Schacht ad Ratiborziz*
Bobemiæ.
- - - in Pyrite. *E Gott hilf in der Notb Kongsbergæ*
in Norvegia.
- - - in Pyrite arsenicali. *E Floriani Hauptstolln di-*
tionis Salisburgensis.
- - - in Arsenico albicante crySTALLIFATO, crySTALLIS cu-
neiformibus. *E Schladming Stiria.*
- - - in galena textura granulata. *E Johannegeorgen-*
stadt Saxoniæ.
- - - in galena particulis cubicis. *E Siegelsberg ad*
Schemnitzium Hung. infer.
- - - in galena. *E Freyberg Saxoniæ.*
- - - in galena. *E Mies Bobemiæ.*
- - - in galena crySTALLIFATA. *Ex alten grünen Zweig,*
Freybergæ in Saxonia.
- - - in cupro flavo; e Schmölzniz Hung. super.

Argentum corneum niveum compactum amorphum *.
E Gabe Gottes & Neujahrsmaassen, in Johannege-
orgensstadt Saxoniæ.

- - - corneum violaceum, cum plumbo spatioso cry-
STALLIFATO, pellucido, in quarzo eroso. *Ibidem.*
- - - corneum nigrescens, superficie fatifcente in ar-
gilla indurata cinerea fissili. *Ibidem.*
- - - corneum crySTALLIFATUM cubicum, cubis minimis
albis glaucis, cum argento nativo, in Ochra mar-
tiali fusca. *E Gott helf Schaller in Johannegeorgen-*
stadt Saxoniæ.

H 4

STANNUM.

* Nullibi descriptum.

STANNUM.

MINERA STANNI VITREA arsenicalis amorphæ, facie spumæ lupi, tritura cinerea. *E Zinnwald Bohemiæ.*

- - - amorphæ in quarzo impuro ochra ferri tincto nigrescente. *Ex Auersberg ad Eibenstok Sax.*
